

Lucas Bacmeister Stephan Fuhrmann

Dissertatio Theologica De Nativitate Jesu Christi, Dei & Mariae Filii, Mundi[ue] Salvatoris

Rostochi[i]: Richelius, 1642


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737814292>

Druck Freier  Zugang



Verf.: H. Fuhrmann

Luc. Baumeister.
R. N. theol. 1642.



3X1

DISSERTATIO
THEOLOGICA

De

NATIVITATE
JESU CHRISTI,

Dei & Mariæ Filii, Mundiq; Salvatoris.

Quam

Eodem Immanuele feliciter adspirante,

Permissu Veneranda Facultatis Theologica,

SUB PRÆSIDIO

Viri Reverendi, Clarissimi & Præstantissimi

DN. M. LUCÆ BACMEISTERI,

SS, Theologiæ Professoris Publici, Fautoris &
Promotoris sui suspiciendi,

Publicè discutiendam

Eruditorum Examinei submittit,

STEPHANUS FUHRMANN,

Lippiâ - Westphalus,

Autor & Respondens.

In Alma Rhodopolitana

Acroateriô Majeri

Ad diem 19 Februarii horis à 7 matutinis.

ROSTOCH I,

Typis expressa Johannis Richelii, Senatorii Typogr:

ANNO Æræ Christianæ M DC XLII.

1642

D I S S E R T A T I O
T H E O L O G I C A

Viro

Reverendo Admodum et Clarissimo

Dr. M. Johanni Reinboldo, Ecclesie Watterslebenensis

et vicinarum Praepositi vigilantissimo, nec non

Aucto Concionationi Synothico, suo, factori et

Amico tuo fraternum in modum Silebii

cum salute et

affectionum

oblatione

offerit

M. R.



כשמך ארני משיחנו וגואלנו :

DISSERTATIONIS
De NATIVITATE JESU CHRISTI,
SALVATORIS MUNDI,
Introitus.

Totam hactenus Ecclesiam Christianorum vidimus in eò occupatam, ut gratâ recoleret memoriâ *Christi Servatoris sui Natalitia*; Egit de his *publicè*; Egit *privatim*. Et certè vix etiam nobis in *Academiâ* versantibus commodiorem ad Institutum *Materia* invenire licebit, quàm ab iisdem his *Natalibus* depromptam. Est hæc & *Tempori maxime appositâ*, & *scitu necessaria*, & *ventilatione dignissima*. *Tempori appositâ est*, quod dispalescit; Hinc ad eò futurum speramus, ut quæ hactenus pro concionibus fuerunt explicata, ea sub discursus incudem si revocentur, innotescant clarius, fidelius inhærescant, & altiùs animis nostris defigantur. *Scitu necessaria est Materia Natalitiorum Domini*, siquidem Prima ac præcipua est, cui tanquam immobili Fundamento superstructus est univèrsus noster Christianismus. *Generatio Christi*, quod ajebat Leo, *origo est Populi Christiani, & Nataliû Capitû, nataliû est corporis*. Hinc ad eò fiet, ut, si ventilata fuerit & debitò modò discussa *Materia* illa, Fides nostra insignem certitudinem sit indeptura, & firmissimû fundamentum, cui adversus omnes Sathanæ machinationes tutissimè inniti, & victoriam sibi undecunq; polliceri integrum habeat. Esto ergò & maneat *illa Materia Argumentum* nostri Propositi! Tu verò

Argumentum futuræ dissertationis.

Leo serm. 6. in Nat. cap. 2. p. 11. 19.

Jesu Redemptor optime!

Conatibus piû fave!

Methodus.

Atq; ita jam summam diximus, & Argumentum constituimus futuræ dissertationis *Nativitatem Christi*, hoc est, Articulum Fidei orthodoxæ illum: *Credo in Jesum Christum Filium Patris unicum, natum ex Maria virgine*, explicandum & statuminandum sumpsimus. Hæc verò, ne prorsus *ὁτιοῦ μετὰ τῆς*, quod ajunt, & ex abruptò prolabamur ad Propositû, operæ precium videtur verbò præfinire *Methodû* instituentæ Tractationis, ut hac ratione adornetur facilius, & perficiatur feliciùs, sed verbò: Placet universam Rem expedire *Theorematis, Axiomatibus,*

A

Porisma-

*Porismatibus. Illa definitionem Nativitatis, & definitionis causas, circumstantias, aliaq; Requisite explicabunt; Ista explicatorum declarationem & usum subministrabunt; Hec utrimq; Adversantium $\Phi\lambda\upsilon\alpha\sigma\iota\alpha\varsigma$ & seqviores sententias fugabunt. Quibus expeditis omnia, aut certe potissima, quæ circa Nativitatem Salvatoris nostri vel scitu *utilia*, vel creditu *necessaria* existimabuntur, tum quæ Ἰστον , tum quæ ἀποθῆσκον apertissimè constabunt! Sed nunc ad coepta!*

Tractatus.

THEOREMA GENERALE.

Nativitas Jesu Christi est Actus, quò unigenitus Ἐπιούσιος aeterni Patris Filius post conceptam à Spiritu Sancto Ἐ assumptam in unitatē suæ Persona humanam Carnem, Augusti Imperatoris, Herodis Regis, Ἐ Cyrenii Praefecti tempore, Bethlehemi, completis Mensibus, ex Mariâ Virgine progressus est, Ἐ in hanc lucem editus, ut homines aeternis tenebris adjudicatos aeterna Luci ac Gloria restitueret.

Nativitas Christi definitio.

*Definitio-
nū evolu-
tio.*

*Præcogni-
ta.*

*Christus
considerari
potest sub
duplici
statu.*

*Statu De-
scriptio.*

Divisio.

*Quid statu
Exinaniti-*

onis.

EXEGEMA.

§ 1. A definitione ordiri placuit nostram hanc de Nativitate Servatoris dissertationem, ut quæ ipsum ejus Quidditativum conceptum primâ statim fronte nobis exhibet & representat.

§ 2. Antequàm autem ad *distinctam* ejusdem *evolutionem* nos accingamus, in antecessum nonnulla prælibare animus est, assutura lucè dexterioris intellectus imposterum subnectendis.

§ 3. *Christum Messiam* consideraturi Theologi nostri *duorum* distinctorum meminerunt *statuum*, in quibus & sub quibus universum ejus comprehendunt *Meritum*.

§ 4. Statuum, inquam, ubi *status illi nihil aliud est, quàm certa quædam Persona Christi conditio, secundum quam mutationi particeps esse* hoc est, *in deteriorem, vel meliorem conditionem collocari potuit.*

§ 5. Sunt autem *duo* hi *status* & appellantur propriis Nominibus, *Exinanitionis, & Exaltationis.*

§ 6. *Exinanitionis status* ille est, quò *Christus divinâ sese Majestate secundum*

eundem hominem abdicavit, & formam servi assumptam Patri obediens factus
 est usque ad mortem, ut sua obedientia nostram expiaret inobedientiam, &
 reconciliatum nobis Patrem sifteret. Quæ descriptio totidem ferè verbis
 extat in Epistola ad Philippenses, ubi propria & genuina ejus sedes est.
 Sic autem lego ibidem: ὁ χριστὸς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπαρχων, ὅτι ἀπα-
 γμὸν ἤγησά τ' εἶναι ἵσα ἡμῶν. Ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν, μορφῶν δούλων
 λαβὼν, ἐν ὁμοιωματὶ ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ ὁμοιωματὶ δουλοῦ ὡς
 ἀνθρώπου. ἵπατα ἐγένετο ἑαυτὸν, ἡρώμενος ὑπὸ ἡμῶν μέχρι θανά-
 τος, θανάτου ἵσα ἡμῶν.

§ 7. Quibus verbis Tres quasi Gradus kenōσεως istius nobis propo-
 nuntur, videlicet Primò: Divina Majestati abdicatio. Dico Abdicatio,
 hoc est, retractio ejusdem & intermissio, non omnimoda sublatio &
 extinctio. Occultavit Christus formam Deitatis & exte-
 riori usurpationi, non ratione κησσεως & interiori possessioni. Neque
 etiam occultavit semper & ubique, sed ut plurimum, interdum etiam
 exseruit splendorem suæ Majestatis, & radios non imbecilles à se diffu-
 dit, præsertim, quando id gloriam Dei, officii spartam & hominum sa-
 lutem ita expostulare animadvertit; Attestantibus illud ad sufficienti-
 am Pericopis Evangelicis in miraculis & ἱεροῦ ἰσχυρίας variis, quan-
 quam universale Dominium in cœlo & in Terrâ exeruisse Christus nu-
 spiam legatur.

§ 8. Secundò. Proponitur in loco Philippensi, Forma servili Assum-
 ptio. Quæ duobus absolvitur. (a) Quod factum fuerit, ἐν ὁμοιωματὶ ἀνθρώ-
 πων, ratione susceptarum infirmitatum, & defectuum humanorum,
 Naturalium scilicet, non Personalium. (b) Quod inventus fuerit ἡ-
 μῶν ὡς ἀνθρώπου respectu visibilis suæ & humilis conversationis.

§ 9. Tertium, quod nobis in istâ Exinanitionis descriptione propo-
 nitur, est: Summa & extrema depressio seu Humilitas, quæ consistit in
 profundissimâ Christi ad mortem usque, crucis obedientiâ.

§ 10. Cœpit autem status hic Exinanitionis à primo statim Con-
 ceptioni & Nativitati momentò, duravitque ad extremum usque; Articulum
 mora in sepulchro.

§ 11. Dehinc subsecutus fuit status melior & felicior Exaltationis
 dictus, quò Christus à mortuū resuscitatus per Ascensionem suam ad dex-
 tram

3
 Quid statim
 Exinanitionis.
 Phil. 2, 6.
 7.8.

Gradus 1.
 divina
 majestati
 abdicatio.

2.
 Forma ser-
 vili assum-
 ptio.

3.
 Summa &
 extrema
 depressio.
 Initium &
 Finis.

Quid statim
 Exaltat. &



eram Majestatis Dei evectus fuit, & sceptrum assecutus universali Dominio in Cælo & in Terrâ.

Status Ex-
inanitionis
quot Acti-
bus absol-
vatur.

§ 12. Hujus Natura & indoles alterius temporis est, & disquisitionis. Impresensiarum circa *Exinanitionis statum* quodammodo occupamur; Cujus *Quatuor* imprimis sese obferunt *Actus*: *Nativitas*; *Passio*; *Mors*; *Sepultura*.

Actus 1.
Nativitas.
dissertati-
onis hujus
objectum.

§ 13. *Primus* nostræ hujus disputationis *objectum* est, ejusdemque Naturam aliquantò intimius considerandam jam jam aggredimur.

Resolutio.
Subiectum
ejus.

§ 14. Exposita autem illa est & representata aliquali descriptione in *Generali nostro Theoremate*, ad ejus proinde *Resolutionem* nos accingamus necesse est.

Matt. 1. 18
Simpliciæ
evolutio.

§ 15. Occurrit in *Αναλύσει* hac Propositionis definitivæ primò omnium *subiectum* vel *definitum*, quod est: *Nativitas Jesu Christi*, totidem verbis in Scripturis expressum: *ἡ ἰησοῦ χριστοῦ γέννησις*.

Termini
Nativitat.
Etymolog.
Latina.
Homonymia.

§ 16. Nomen *κεῖ* *συμπλοκῆς* definitum est. Terminos ergò *simplices* primùm considerabimus, post dein totum *Complexum*.

Synonymia

§ 17. Nativitatem à *Nascor* suam habere originem & hoc à *Gnascor*, quod à *γενάω*, *γενάσκω*, per *ἀφαιρέσιν* *Ξ* *γ* vel *G* satis in propatulo est.

Etymolo-
gia Græca.

§ 18. Accipitur autem hic Terminus *duplici*. *ex 1. Latè* & quodammodo *improprie*, pro universò Generationis Actu, quò sensu includit ipsam conceptionem, & omnes alios, si qui interveniunt speciales Actus. 2. *strictè* & magis *proprie*, pro Actu illò, quò *Infans absolutus* jam & perfectus Homo incipit progredi è tenebris materni uteri & ingredi lucem hanc & auram mundani orbis. *Hæc* ad propositum est, & definitione explicatur.

§ 19. Eadem fermè Ambiguitati subjacent Termini: *Ortus*, *Generatio*, *Partus* & alii, qui simili profus ratione jam in latè patent & amplò, jam in strictiori & contractò significato adhibentur, prout scilicet *Materia subiecta*, & instituti conditio, istud suadent & postulant.

§ 20. *Græci* Nativitas dicitur *γέννησις* & *γενή* vel *γενή* *γέννησις* quidem à verbo *γενάω* jam ante citatò (à *γενίω*, cujus usitatum est *γενένομαι* Passiv. & Medium) quod est *primò*: *G. novo* deinde etiam idem quod *τίθημι*, *Pario*, ad modum Ebrææ vocis *לָּדָה*, quâ de paulò post Hinc Nomen illud in Novo Testamento & aliàs apud Scriptores Græcos usitatissimum *γέννησις* ortus, Nativitas, ejusdem genii & indolis cum Notionibus

tionibus Latinis. *γεννη* verò & *γεν* *Synonima significati* originatio-
nem suam debent verbo *γεννομαι* vel *γινωμαι*: Fio, sum, edor, existo.
Et usurpatum legitur prius apud Johannem: *Παργύων, εἶδεν ἀνθρώ-
πον τοφλόν ὡς γεννητός.* Alia linquo.

§ 21. *Ebraice* Nativitas effertur imprimis *duplici* Notione: Una est
נצוץ à Radice נצץ, quod in suo *Generali* significatō notat: *Exiit*, e-
gressus, progressus fuit. In *Speciali* varias admittit Significationes pro
varietate & conditione Terminorum, quibus adponitur, ita tamen, ut,
quotquot demum sint, sub illò generaliori comprehendantur omnia.

E multis pauca: Additum *Plantis, herbis*, notat *Progerminavit*, crevit. *Jud. 13, 14.*

Bello: *Paratus*, *Expeditus fuit*. *Sorti*: *Exemptus*, *Elatas fuit* *Sumptibus*: *Gen. 14, 8.*

Expendit. *Sermoni*: *Prolatus*, *divulgatus fuit*. *Cordi*: *Admiratus fuit*, *1. Sa. 14, 24.*

obstupuit. *Solis*: *ortus fuit*. *Animalibus*: *Natus, editus fuit*, id est, *Egres-* *2 Reg. 12, 13.*

sus ex uterò & progressus in lucem. Ita legimus in *Genes. נצץ טרן* *Jos. 6, 10.*

ממעך הוא ירשך Qui egredietur ex visceribus tuis, ille hæres tuus. *Gen. 42, 28.*

Targ. רתרל Quem giges, generabis *Parallela* loca habemus in libris *Gen. 19, 23.*

Sam. Regum, aliisque; Hinc propullulat ipsum *Nomen נצוץ*, quod non *Gen. 15, 4.*

degenerans à Naturâ Radicis æquè ac ipsa tot substat significatis. *Uni-* *2 Sam. 7, 12.*

versale est: *Exitus*, *Egressus*, *Progressus*. *Particularia* variegata sunt. *2 Re. 20, 18.*

Aquâ additum *Fontem* designat. *Excrementi* subjectum, *Egestionē*. *Ser-* *Mich. 5, 2.*

moni nexum, *Pronunciationem*. Cum *Sole* junctum, *ortum* ejus. *De* *Esa. 58, 11.*

supposito sive *Personâ* enunciatum, *Generationem*, *Nativitatem* denotat. *2 Re. 10, 27.*

Huc facit locus *Michæ Propheta*: *מוצאתיו מקדם סמי עולם* *Exitus*, *Deut. 8, 3.*

Egressiones *Generatio* ejus ab antiquo, à diebus æternitatis, quæ per- *Pf. 19, 6.*

versè vertit *Targum רי שמא אמיר מלקרמן*. Et *hac* Significatio hîc *Mich. 5, 2.*

domi est, multumq; lucis affundit *scrutinio* *Formalis* *Nativitatis*. *Al-*

tera *Notio*, quâ designatur *Nativitas*, est *מולדת* radicis *ילד* formaliter

significantis *Produxit*; materialiter: *Generavit*, indifferenter de *Masculi-*

no & *Fæminino* sexu, frequentius tamen de *Fæminino* usitatum. *Im-*

Niph. נילד *Productus*, *Genitus*, *Natus* fuit. Hinc duo nascuntur *No-*

mina *מולדת ילדה* *Nativitatem* exprimentia, ita tamen, ut & alia im-

plificent significata specialiora plura. Sic *ילדה* præter *Nativitatem* no-

tat etiam ipsam *Parturientem*, *Genetricem*, *Obstetricem*. *מולדת* *Co-*

gnationem, *Patriam*, *Posterios*, quò de prolixius jam agere nimis pro-

lixum foret. Habet & *Notiones* alias *Hebræus* præter allegatas, quas

inter est רבין Rabbiorum, sed minus hæ puræ sunt, & parū propriæ. Unde & minus de iis erimus solliciti. Ad Syros devolvimur, *Chaldaeos, & Arabes*. Sed & horum noemata curiosâ velle examinare industriâ parū fortassis attinet. Sunt enim maximam partem affinia Hebraicis, & cùm Etymò, tùm Significatò cum iisdem Synonymica. Allubescit saltèm adponere huc versus alicujus ex Matthæò deprompti Paraphrasin Hebraicam, Arabicam, Syriacam, & res omnis innotescet facilè.

Matth. 1, 18.

Textus Authenticus ibi locorum ita habet: Τὸ ἵ Ιησὺ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, ὡς ἡμεῖς ἠγαπήσαμεν. Hebræus hoc complexum ita transtulit: ותורת ישוע כן היתה: *Arabs* hanc offert *παράφρασις*: وسووع الاله يسوع هكذا كان *Syrus* sic vertit: *ܠܝܫܘܥ ܘܥܠܡܝܢܐ ܡܠܟܐ ܡܢ ܥܡܘܢܐ ܕܝܫܘܥ ܕܡܪܝܡ ܕܡܪܝܡ ܕܡܪܝܡ ܕܡܪܝܡ*

§. 22. Ita Hactenus laboravimus circa *Notiones*, quibus Linguae partim Cardinales, partim Suppullulantes insignire voluerunt, & exprimere Nativitatem. Cùm autem Nomina sint ὀνομαστικὰ ἢ ἀποκλιτικὰ ἢ ἀνεκλιτικὰ ἢ ἑσίου, ὡς περὶ κερκὶς ἐφάσματῶν, docente Platone, adeoq; ex eorum accuratò Scrutinò plurimum momenti redundare soleat ad investigationem genuinæ, & propriæ significationis, jam, ut arbitramur, faciles explicabimus, *Quid de se importet Terminus Nativitatis* & quænam sit Propria ejus Ratio, Indoles ac Formalitas, remotis omnibus Materialibus vel Circumstantiis, vel Imperfectionibus.

Plato in Cratylò.

Termini Nativit. Propria significatio.

§. 23. Nimirum existimamus, missis Aliorum sententiis & salvis melius sentientium judiciis, Nativitatem *formaliter* loquendo, vel, si quis mavult, *generaliter*, nihil esse aliud, quàm *Essentia communicationis cum essentia conjunctam*, hoc est, talem Actum, quò certum aliquod ὕψιστον sive subsistens ex Essentiâ alterius ὑψιστοῦ cum Essentiâ ejusdem participatione emergit & prodit, sive ita, ut intra Essentiam illam se contineat, & non nisi πρόσω ὑάρεσθαι ab eadem differat; sive ut extra eam prorumpat, & sic non reale solùm, sed & vel maximè essentialem diversitatem obtineat.

Contrast.

§. 24. Hinc duplex oritur *Nativitas*: Una, quæ *Hyperphysica* dicitur, *Mystica*: spiritualis & æterna; Altera, quæ *Physica* salutatur, Corporalis & Temporaria.

Nativitas mystica quid?

§. 25. *Nativitas Hyperphysica*, spiritualis & æterna est, quæ æternus Dei Filius ab æternò in æternum ex æternâ Patrù essentiâ generatur, ita ut eandem

andem cum eò Essentiam numericam obtineat, & distinctâ prodeat sub-
stantiâ. Hujus mentionem fecit Spiritus Sanctus in Psalmis: אספרה
אל חקיהוה אמר אלי בנו אתה אני היום ילדתיך Et Proverbiis:
כאין תהמות חוללתי כאין מעינות נכברי מיִם Hæc Mystica
Δόγμς Nativitas alterius loci est, & disquisitionis, nosq; de eâ impræ-
sentiarum non agimus, nisi ως ἐν πνεύμα & occasionaliter.

§.26. Nativitas *Physica*, Corporalis & Temporaria est, quâ *Creatu-*
ra in Tempore generatur ex substantia alterius *Creatura*, ita ut eandem
essentiam specificam obtineat, distinctâ verò numericâ prodeat. Hæc
Creaturarum propria est, & facit suâ ratione ad nostrum institutum.
Christum enim Jesum hic consideramus non ut ab æternò genitum
à Patre, sed ut in tempore ex Mariâ Virgine natum, nostrum Redem-
ptorem.

§.27. Utraq; ejus Nativitas eleganter describitur Vaticiniò Michæ
Propheta, quod quia multum ad præsens ita allego: ואתה בית לחם
ואפרתה צעיר להיות באלפי יהודה ממך לי יצא להיות מושב
בשראֵל ומוצאתיו מקדם מימי עולם : hoc est : Et tu Beth-
lehem Ephrata, minima (voce צעיר Masculino respectus fit ad Prin-
cipem Metonymicâ acceptione pro urbe) futura in Ducibus Jhuda
(tamen hoc minimè obstante) Ex te mihi (Deo Patri) prodibit (nasce-
tur olim in hunc mundum) is, qui futurus est Dominator in Israele, &
egressus ejus (Nativitas ejus, ubi pluralis pro singulari vel ad sempiter-
nam generationem indicandam, vel propter excellentiam adhibetur)
inde à principio, à diebus seculi. Quibus verbis pulchrè exprimit Pro-
pheta utramq; in Christo Naturam, & utriusq; Originem seu Nativita-
tem; Humanam in tempore eventuram, & divinam ab æterno factâ.

§.28. Hæc hæctenus de Termino *Nativitatis* ejusq; evolutione; Non
vacat pluribus eidem immorari! Sequitur in Subjecto Propositionis
nostræ: *Jesu Christi*. Quibus Terminis determinatur Nativitas expli-
canda, & restringitur ad certam speciem, cujus inquirenda & exhi-
benda definitio.

§. 29. *Jesu* autem nomen est origine *Ebraum* Rad. ישע in Kal mi-
nus usitata in Hiph. הושיע Generaliter: Eripuit. Specialiter: salvum
fecit. Hinc Nomina Appellativa: ישוע & ישועה, יושוע & יושועה E-
reptio, Liberatio, Redemptio. Et Propria הושיע & יהושוע & יושוע
& ישועה Quæ omnia, ut ut in Punctuationibus ex parte dis-
sentiant,

7
Quid Na-
tivityasPhy-
sicae

Mich. f. 2.

Terminè
Jesu Ety-
mologia.

Homonymiaratione.

Varie impositionu.

Num. 13, 10

19 & 27.

18. & 34, 17

Deut. 1, 38.

34, 9.

Jos. 3, 7.

Act. 7, 45.

Ebr. 4, 8.

Hag. 1, 1.

Zach. 3, 1.

Col. 4, II.

Cui proprie competat.

Luc. 2, 30.

Gen. 49, 18

Pf. 98, 2.

Esa. 49, 6.

& 52, 10.

Hab. 4, 18.

Quomodo

Graciefferunt.

Latini.

Termini

Christi E-

ymologia.

fentiant, in Significationibus tamen amicissimè conspirant, notantque Ereptorem, Liberatorem, Salvatorem, Salutis Autorem. Habuerunt autem hoc Nomen, & ab eo denominati leguntur in Scripturis subsequentes: 1. *Filius Num* Mosis Successor & Dux Populi Israelitici, quo de in Num. Deut. Jos. Act. Epist. Ebr. 2. *Filius Amoz* Prophetæ, qui fuit frater Amaziæ Regis à Manasse interfectus, quod testatur ipse suò locò. 3. *Filius Beeri*, Prophetæ Domini, qui & ipse sibi testis est. 4. *Filius Josedeck* Sacerdos Omnipotentis, id quod manifestum ex Hag. & Zach. 5. *Syracides* ille, qui nobis conscripsit & post se reliquit absolutum Ecclesiasticum, ut videre est ex Titulo Græcò, Latino & c. 6. *Alius* quispiam, cujus mentionem injicit Paulus in Epist. ad Colos. 7. Deniq; *Nazarenus ille ex Mariâ natus*, promissus Mundo *Messias* & *humani Generis Redemptor*, qui עושי appellatur *verè, propriè & primariò* notatione ab *Essèthâ*, quia ille solus, unicus & sufficiens plenè nos liberat ab omnibus corporis & animæ malis, à Peccatis, Morte, Diabolò & Infernò. Ad enumeratos alios quod attinet, qui vel idem Nomen ante ipsum, vel idem etiam post ipsum sustinuerunt, ij saltem *typicè* ita dicti sunt, seu minus principaliter, & impositione duntaxat hominum ex more suis liberis circumcisis aut baptizatis usitata nomina impertientium. Atque hinc est, quod etiam *יהושע* Jesus vocatur *ישוע* id est, ipsa Salus, *σωτήρ* vel *σωτήριον*. Quod moribundo Simeoni placuit apud Lucam. Neq; rarò in veteri Testamento occurrit, ubi Messias mentio fit. Ut in Genesi, Psalm. Prophet. Esa. Hab. Cap. 4. וְאֵנִי בְרוּחַ יְהוָה; יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אֲנִי וְיְהוָה אֱלֹהֵינוּ. Quem locum vulgatus Interpres sic vertit: In Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo. LXXII. *ὁ τῷ κυρίῳ ἀγαλλιάσμαι, χαρήσμαι ὅτι τῷ θεῷ τῷ κυρίῳ μου.* Aliàs *Gracie* scribitur *ἰησῦς*, in cujus sex literis peculiare numerorum mysterium B. Patr. investigant, & est idem quod *σωτήρ*. *Romane* sonat, *Salvator*; *Nonnullis* *Servator*; *Tertulliano* de carne Christi *Salutificator*: *Ex Apulejò* *hospitator*, sed de his *Alii* pluribus. *Syrorum, Arabumq;* *Notiones* ex Ebraismo propullulantes ex fine §. 21. facilimè colliguntur. Nos pergimus ad *ultimum* Subjecti complexi *Terminum*, qui est *Χριστός*.

§. *Christus* planè *Gracum* est, formatum à 3 Sing. Præterit. Passiv. *ἔχρισται* verbi *χρίω* Ungo, in Præter. Act. *ἔχρισται*, Pass. *ἔχρισται*, *ἔχρισται*

ἡ ἐξουσία, ἡ ἐξουσία. Unde *Χριστός* unctus, Appell. & Proprium. Est autē
 Cognomen domini nostri, & promissi Mundo Salvatoris *Jesu*, cui *ἡ ἐξουσία*
ἐξουσία illud tribuitur, & ad officium ejus triplex designandū imprimis
 adscribitur; *Notatione* sumptā à *Comparatū*. ut enim olim in V. Test. le-
 gimus *Prophetas, Sacerdotes & Reges* sub officii sui inauguratione *oleo*
ungi solitos ex mandatō Dei; (unde & *וַיִּשָּׁח* five *וּמִן הַיַּיִן* *ἡ ἐξουσία*, hoc
 est, uncti ejus salutabantur) Ita etiam *Christum ungi* voluit *oleo*, non qui-
 dem *externo & corporali*, sed *mystico & spiritali*, id est, *ipso Spiritu San-*
cto ex Psalm: Epist: ad Ebr: nec non Act: Apostol: Et quidem in *Prophe-*
tam & Doctorem nostrum, qui nobis *voluntatem* Cœlestis sui *Patrū re-*
velaret, & salutis ignotam viam patefaceret; In *Pontificem* & Sacerdo-
 tem nostrum, qui corpus & animam in arā Crucis offerret, & æternūm
 pro nobis apud Patrem suum Cœlestem intercederet; In *Regem* deniq;
 & Moderatorem nostrum, qui verbō & Spiritu nos regeret, & tandem
 in extremō die (qui hinc vocatur *ἡ ἡμέρα τῆς Χριστῆς*) nos plenē libe-
 raret, hostibus nostris partim funditus deletis, partim in gehennam de-
 trusis. Interdum vox *Χριστός* notat *Christum cum Ecclesiā*, quod si-
 gnificatum alicubi in Ep: ad Cor: & Gal. obtinet, quæ conferri possunt.

9
 Exod. 29, 7
 1. Sam. 16,
 13.
 Esa. 45, 1.
 Joh. 1, 18.
 Heb. 10, 10.
 Heb 9, 24.
 Psal. 2, 6.
 Phil. 1, 10.
 1. Cor. 12,
 12, 13.
 Gal. 3, 16.

§ 31. Constant sic *Termini simplices!* Hinc jam *Complexum* facili-
 mum prorsus intellectu, nec ullis facile ambiguitatibus obnoxium cen-
 sebitur. Verbo: *Nativitas Jesu Christi describenda est ortus ille, & pro-*
gressus in Mundum promissi olim Salvatorū & Redemptorū Generū Humā-
ni, reconciliaturi Patrem, & ab æternā morte liberaturi omnes in se cre-
dentēs, ad spem vitæ æternæ.

Complexi explicatio.

§ 32. Hactenus *subjectum* Propositionis nostræ definitivæ expedi-
 tum! Nunc sequitur *Predicatum*, ipsam exhibens Descriptionem.
 Circa quam observamus duo: 1. *Conceptum Convenientia* seu *Generi-*
cum. 2. *Differentia* seu *specificam*.

Definitio-
ni Predi-
catum.

§ 33. *Genericus* Nativitatis Jesu Christi *Conceptus* sistitur Terminō:
Actus.

Genus.

§ 34. *Actus* multis modis dicitur, variēq; Nominis ratione distin-
 guitur. Videri istiusmodi Acceptiones possunt apud Alios; Nostra In-
 stituti ratio non fert singula ad amussim persequi. Dicimus saltem quo-
 ad præsens, intelligere nos per *Actum certum quendam influxum Causa-*
lem in Acquisitionem salutis nostræ. Nimirum *Reconciliatio cum DEO,*

Actus ad-
posita signi-
ficatio.

B

sive Acceptio in Filios Dei, & aeternae lucis restitutio Ratio est & unica causa Finalis Incarnationis *Αόγης*. Hujus ergo Verbum Caro factum est; hujus gratia exinanitus Dei filius est. Ceterum Exinanitio illa, ut paulo ante submonuimus, *quatuor* distinctis absolvitur *actibus* sive Processibus; Neque enim uno eodemque tempore, uno eodemque impetu inceptum simul & perfectum opus Redemptionis fuit; sed gradatim, sed successive, in Mundum veniendum, patiendum, moriendum &c. Ita igitur Nativitas; Ita Passio; Ita Mors &c. habent se ut diversi Actus, quorum quilibet sua ratione influit in esse salutis humanae; *illa* inchoandum; *ista* continuandum; Haec consummandum &c. Dispalescit, quid nobis ad propositum sit Actus, & colligitur facile, in quoniam *propria* ejus consistat *Formalitas*, nimirum in *dependentia* salutis nostrae tanquam effectus ab eo tanquam *Efficiente partiali* in fieri seu reparari.

Actus significatum formale quod praesens.

§ 35. Insuper, quod *legitimum* hic *Actus* constituat *Genus* Propositae definitionis, haud obscure similiter patet: Praedicatur enim in quid Nativitatis, at non conversim, at non complete; Pluribus super sedemus.

Differentia.

§ 36. Ad *differentialem* seu *specificum* quod attinet Nativitatis Christi *conceptum*, ille reliquis continetur definitionis verbis, &, quod in istiusmodi descriptionibus fieri consuevit, exhibetur partim *αιτιωλογικως* *causarum*, partim *επισελωτικως* *circumstantiarum coagulatione*. Ad quae *duo Capita* referri possunt omnia, quaecumque; adhuc circa datam *Thesin* explicatione vel monitione digna judicantur. Cum v. haec altioris quodammodo momenti *sini*, & fusiis ad praesens deduci ament, distinctis singula persequemur *Thesibus*, quamprimum primo nonnulla subjecerimus *Axiomata* & *Porismata* ad *illustrationem definiti* forteam *conducentia*.

AXIOMA

1.

Nativitatis Terminus ab Ambiguitatibus suis liberatus definitione explicari omnino potest.

§ Liquidum ita: Quia *Definitio Catholicum* Rationis *Instrumentum* est, ad facilitandum ejus Actus repereum, & ad applicabile *omni cognoscibili* circa quod versatur. Ergo & *Nativitati*, quam est numero cognoscibilium esse tam, autumo, certum est, ut nemo in dubium ullam ratione vocet.

2.

Nomen Jesu propriissime competit Jesu Nazareno, Dei & Mariae Filio, Mundiique Salyatori.

S. Alis

Nativitas describi potest.

Nomen Jesu cui propriissime competit.

§ Aliū etiā attribui *Nomen Jesu*, ex præcedentis notum est, & cit-
 ea *Nomenclaturā* hujus vocis uberiùs inculcatum. Interim diversissima
 est attributionis hujus ratio inter illos, & *Jesum Nazarenum*. Illi ha-
 buerunt hoc Nomen ex impositione tantum hominū & more usitatō:
Hic v. ex impositione Angeli & imutabili Patris decretō. Illi tantum fue-
 runt Typi: *Hic* v. verus Antitypus. Illi beneficia duntaxat corporalia cō-
 tulerunt, & liberarunt nonnullos à malis terrestribus: *Hic* verò spiritualia
 offert, & liberare conatur omnes à malis infernalibus: Peccatō, Morte, Dia-
 bolō, Infernō. Hinc adeò manifestum est & consequens, cum formalitas
 Ἰησοῦ sive ישוע formalissimè adeò & principalis: & propriissimè *Jesu*
Nazareno competat, & is reliquis usus sit tantum vel ut Typis, vel ut Mi-
 nistris; solus verò ipse salvet, & ab omni malō salvet, & meritō, & efficacīā
 salvet &c. etiā ipsum Nomen non nisi propriissimè eidem competere
 posse, quod vult Axioma.

3.
 Nomen *Jesu*, ut ut *Christo* propriissimè competat,
 ejus tamen propriissimum non audit.

§ *Propriissimum* hic nobis finitur illud, quod uni, soli & semper com-
 perit. Ita *πλεγεγεμματα* Nomen יהוה dicimus Nomen propriissi-
 mum unius, solius & veri Dei, cum id nulli extra eum Creaturæ sine cri-
 mine attribui possit, vel attributum legatur. Res autem ita non habet
 cum *Christo*. Tribuitur ei quidem Nomen *Jesu*, & ab Angelo tribui-
 tur, & verè, & propriissimè tribuitur, sed tamen non uni, non soli.
 Hinc Axiomatis veritas.

4.
 Nomen *Jesu* à ישוע rectissimè derivatur.

§ Adstruunt hoc *Litera Radicales*. Adstruit *Angelus* originatio-
 nem à ישוע apertissimè deducens. Sicut enim ille ad *Josephum*:

יוסף בן דוד אל תירא לקחת מרים אשתך כי מה שילד בתוכה
 מאת רוח הקדש הווי: והנה היא תלד את בן ותקראו שמו
 ישוע כי הוא יושע את עמו מחטאתם:

Ita palam fit, Nomen ישוע à ישוע originaliter deduci; Quā ratione
 autem illud fiat, & quomodo scribendum sit idem vocabulum, fortassis
 adhuc dubium relinquitur. Sed tollimus hoc & expressè dicimus scri-
 bendum esse ישוע non cum Epenthesi יהו ישוע vel aliter. Ratio-
 nem *Pagninus* hanc adfert: Quia *Roma* in templo crucis, in Titulō cru-
 cis, quem existimat è *Palastina* eò delatum, scriptum sit ישוע. Sed cer-

B 2

tius

11
 Diversa
 attributi-
 onū ratio
 quā nomē
 Jesu.

Nomen Je-
 su non est
 Christi
 propriissim.

Nominis
 Jesu genui-
 na deriva-
 tio.
 Matt. 1. 21.

Nomen Je-
 su quomo-
 do scriben-
 dum.

tius argumentum est illud forsan, quod Syriacus Paraphrastes constanter legit & scribit: (ܘܫܘܢܐ) Neq; enim habent hi, aut agnoscunt, Patach (גנוכה) cum quò conspirat Arabs, legens similiter. عيس &c.

Nomina
Salvatorē
Mundi ap-
positē de-
nominan-
tia
ישוע
יִשׁוּעַ
Ἰησοῦς.

5.
Nomina : Ἰησοῦς, Ἰησοῦς, Salvator satis apposita sunt, & convenientia denominando Mundi Redemptori.

Salvator.

§ De Priore forsan nullum est dubium deinceps, cū ejus Originatio, indoles & usus ex Antecedentibus planissimè inclarescat. Ad secundum quod spectat, illud ab Ἰάω, Ἰάωα deduci, sunt, qui non injuriā arbitrantur. Sed quicquid hujus, fuit illud usurpatum in Scripturis primò omnium à LXXII Interpretibus, qui vocem Ἰησοῦ Ver: Testamenti semper verterunt per Ἰησοῦς, Hoc commoti Apostoli Nov. Testamenti idem Nomen etiam amplexi sunt, & retinuerunt, non quidē ea propter, ac si statuerent hanc Notionem Rem significatam accuratissimè exprimere, & consequenter ex Græcā linguā primò omnium emanasse; Non ita! Sed quia forsan aptiorem instituto & commodiorem Notionem haud deprehenderunt. De Tertio Salvatore, prolixalis est inter Philologos, nec desunt, qui eā nolunt acceptare uti Latinā, substituētes Notionē Servatoris &c. Verum enimverò, non est, quod hica deò curiosi simus, & multūm operosi circa hanc vocem. Hoc certum est, multò eam plenius vim significati exprimere, quàm ullam aliam; quod verò non ita obvia ubiq; in Cicerone, Plauto, Terentio, aliisve linguæ latinæ Professoribus, id, inquam, nihil nobis officit. Satis est, eam non profus esse inusitatam, & occurrere apud Scriptores Ecclesiasticos: Augustinum, Hieronymum, Lactantium & alios. Quid? Quod rebus multiplicatū Notiones etiam, rerum signa prudenter multiplicari posse Eruditorum constans sit sententia? Sed de his non prolixius!

Nomina
Jesus
Christus
sunt nomi-
na non Na-
tura, sed
Persona.

6.
Nomen Jesu & christi est Nomen Personæ, non unimodè dictum, sed duarum Naturarum significativum.

Quando
primūm
Filius Dei
Jesus Chri-
stus dicitur.

§. Ὁ υἱὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ σωματικότερον νοῦτον, inquit Damascenus, Jesus Christus id esse intelligitur, quod ex utroq; constat.

7.
Filius Dei Jesus Christus dicitur, ex quò in sanctæ semper Virginis utero conceptus, & caro immutabiliter factus est.

§. In-

§. Intellego *actualiter & absolute* per effectum, cum aliis etiam ab æterno ita dictus fuerit ratione *definitionis, respectivè & per decretum.*

13

Nativitas plus involvit Activitatis, quàm Passionis.

Indoles Nativitatis.

§. Infans enim jam perfectus & maturus luci, non amplius subiectus hæret agentibus ante facultatibus Formatricibus, sed ipse operari jam incipit, & affectare lucem, cui destinatus est. Quod si forsan auxiliatrix manus interdum accedat, id arbitror, non præjudicat nascenti infantulo, nec derogat quicquam principali ejus Actioni. Sed res facile intelligitur!

Nativitatis Actus ad Statum Exinanitionis non absurdè refertur.

Relatio

§. *Dupliciter* considerari potest Actus Nativitatis Christi: *Semel in se, absolute & mente fidei*; Ita nõ referri potest ad Exinanitionis Statum, cum satis omninò sublimis fuerit, & ipsis etiam Angelis stuporem incusserit. *Secundò respectivè*, ratione Conditionis externæ, & oculi Corporis. Quomodo sanè admodum humilis fuit & despecta, ob negligentiam omnis pompæ & splendoris mundani, necnon passionem multarum Calamitatum, ipsum statim Nativitatis momentum concomitantium. Quò de uberius in subsequentiis.

Nativitatis Christi ad certum statum.

PORISMATA.

Blasphemi sunt Judæi, Nomen Jesu per ignominiam mutilantes.

§. Scribunt enim illud & pronunciant nud. יהו pro ישו , omisso י . Et hoc inde est, quod occæcatus hic populus, & infelix turba *Jesum Nazarenū* non vult agnoscere pro vero Mundi Messia & repudiet illum in hunc usq; diem, pertinaciter reluctando Spir. Sancto. Hinc aded etiã fit, ut Nomen ישו ipsi invident, & quoties necessitate urgentur summã (aliàs enim planè malunt memoriam ejus expunctã) illud vel legere vel scribere e subtrahit ע , יהוה legant, vel scribant. Quæ insignis injuria est, imò Blasphemia morte pianda & igne infernali!

Blasphemia Judæorum circa nomen Jesu.

Ejusdem perversitatis rei habendi sunt Arabes, Literas venerandi Nominis Jesu per ignominiam transponentes.

Perversitas Arabum circa idem.

B 3

§, Ita

*Excusatio
Arabum.*

*Sententia
eorum de
Jesu Na-
zarenò.*

S. Ita enim legere datur in Alcoran. Sur. 29. آل عمران
Observandum tamen hîc est, ut vel maximè transpositio illa litera-
rum vocis يسوع videatur suspiciosa, & à nonnullis etiam partim ne-
quiter intelligatur, partim in pejorem rapiatur partem, quàm forsan
intelligitur, non omninò Arabes ita desperatè sentire de Jesu Naza-
reno, nec constantem hanc esse Alcurani sententiam, ad morem Judæo-
rum Salvatorem hunc prorsus contemptim & ignominiosè habere;
Non ita, quin maximam partem Christum pro summò Prophetâ Pa-
triarchis olim promissò agnoscunt, & hoc Epitheto dignantur:
روح الله Spiritus Dei. Quin insuper doctrinam ejus veracem à
Deo instillatam, Evangelium, in quo est manu ductio & lux, ut erudia-
tur cæcus Evangelicus, appellant Sur. 5. Imò verò nonnulli ex iis
apertè eum colunt, tametsi nihil de ipso sciant, præterquàm quod ex so-
liis Alcurani honorificâ mentione hauserunt. Usq; adeò, ut majore
videantur omninò excusationem meruisse hi populi præ contu-
macibus & refractariis Judæis, quibus non satis fuit verbis lancinasse
mirum in modum hunc Mundo promissum missum Messiam & Sal-
vatorem, verum etiam crucifixisse volupe fuit, & sustulisse è numero
viventium incredibile oblectamentum. Quin adhuc dùm persistisse
juvat in illâ plusquàm diabolicâ perversitate, & verba ebuccinasse nil
spirantia, præter quàm detrectationes & blasphemias meras. Sed pi-
get de his pluribus!

*Originatio
voci Jesu
suspecta,
videlicet
Græca,*

3.
Minus commodè sentiunt Nomen Jesu ex Græcò
derivantes; Nec felicius, idem ex diversis Nominibus
compositum asseverantes.

*Ebræa
composita.*

§. 1. Ad Primam Classem Patres Græci referuntur, qui Nomen Jesu
ab Ἰησὺς, Ἰησοῦς derivatum eunt.
§. 2. Ad secundam Alii nonnulli Religiosi, qui idem Nomen ex יהושע
& ישוע compositum volunt; Et hoc quidem duplici mysterio. Uno, ut
hac ratione Persona Ἰησοῦς notanter exprimatur, & per Prius divi-
na, per Posterius humana in Christo Ἰησοῦς Natura designetur.
Alterò, ut Nomen Ἰησοῦς ad Christi usq; in Carnem
adventum ineffabile habitū, jam post ejus incarnationem Interjectione

τὸ ψ ineffabile quasi reddatur. Cujus gratiā allegant illud Pauli: ὁ θεὸς
 ἀκαρπία τῶ θεοῦ ὄνομα, τὸ ἰσὺς πάντων ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι
 ἰησοῦ πάντων γέννηται καὶ μὴ &c. Ecquod verò illud Nomen? Non aliud,
 quàm יהוה ajunt, & hoc ex Esaiâ: אני יהוה הוא שמי וכבודי : לי תכרע כל כרך תשבע כל
 לאחר לא אתן ותהלתי לפסילי : לשיק. igitur יהוה concludunt, quod ineffabile & mysticum;
 Quò verò pronuncietur, & rectius innotescat, indita est litera ψ, ut
 ita יהוה idem sit, qui *Jehova homo factus, σαρκωθεὶς*: Et nomine isto
 summum ἐνασθρωπήσεως mysterium simul adumbretur.

15
 Philipp. 3.
 2. 10.

Rationes
 suspicionis

§. 3. Quicquid utriusq; licet ingenium sapiat, & pietatem Philo-
 logicam, non tamen sapit genium illud, nec requisitam ἀρχήνας.
 Ubi enim ψ in vocibus יהוה & ישׂא vel in Composito exinde יהוה?
 Quò tamen sublatò formalitas vocis nunquam salvabitur? Nec signi-
 ficatio salutis uspiam obtinebit! Quid? Quod litera η in meditullio
 vocis expressa planè ociosa fiat, & supervacua? Quis verò Grammati-
 corum illud admittet, aut abire sinet unquam?

1.
 2.

4.
 Nativitas Jesu Christi non per Passionem, sed actio-
 nem definienda.

Verum Na-
 tivitatis
 Genus.

§. 1. Id verò colligitur ex Axiomate 8, nec ullâ indiget declaratio-
 ne ulteriori.

§. 2. Tantum de *Subjeto* Propositionis definitivæ, nec non *Pra-
 dicati Conceptu Generico* explicationis & illustrationis gratiâ adduxisse
 sufficiat! Imposterum immediatè progredimur ad differentiam, &
 primâ vice considerandas assumimus ejusdem causas *Theorematis*
Specialioribus.

THEOREMA SPECIALE

I.
 Efficiens Causa Nativitatis Jesu Quò est Deus,
 sive tota SS. Trinitas.

Efficiens
 Nativita-
 tis Christi
 Mediata.

EXEGEMA.

§. 1. Causam Efficientem primò exponimus locò, quod hæc quasi
 cæteris impræsentiarum palmam Domini præcipiat.

Quare de
 hac primò

§. 2. De.

16

Quid?
Quotuplex?

Quid Mediatam?

Quid Immediatam?

Qua Mediatam?
Ratio.

Quotuplex Mediatam?

Quid & que Πεν-
υσυδρή?

Psal 51. 7.

Ephes. 2. 3.

Quid & que Πενκα
Γεορλίαν?

Tota SS.
Trinitas
concurrit
ad Nativi-
tatē Chri-
sti.

§ 2. Describimus autem eam, a qua Nativitas Mundi Salvatoris facta & producta est.

§ 3. Dividimus in Efficientem Quod, seu Mediatam, & Quod sive Immediatam.

§ 4. Illa nobis est: A qua Nativitatis actus aliquantō remotius emanavit.

§ 5. Hac, a qua primò & proximè resultavit. Illa producit, sed mediatè & intervenu alterius; Hac efficit, sed immediate & intervenu nullius. Illam in præsentī expendimus Theoremate; Hanc in subsequentibus.

§ 6. Determinamus autem Efficientem Nativitatis Causam Quò ipsum DEUM sive totam SS. Trinitatem, idq; eò: Quia Nativitas æquè ac conceptio opus est ad extra, & per consequens toti Trinitati commune. Hinc igitur Patri adscribitur Nativitas, in quantum misit ille Filium suum natum ex muliere. Filio, quatenus ipse humanam Naturam assumpsit, suæ hypostasi eam adunivit, & ex Mariâ in hanc lucem progredi fecit. Spiritui sancto, ut iste opus hoc variè promovit, & omnipotentī suâ virtute felicissimum ei successum est elargitus.

§ 7. Atq; hæc hæc hactenus Efficiens Quò Principalis salutari consuevit, cui addi facillè possunt & aliæ minus Principales, ad productionem, cum Principali concurrentes secundarîo eam excitando & commovendo; Suntq; Πενυσυδρή, ΠενκαΓεορλίαν.

§ 8. Illa ab intra impellens fuit Amor summus, & Misericordia, erga genus humanum in peccatis hærens, conceptum, & natum, Naturâ filios iræ.

§ 9. Hæc ad extra commovens erat deploranda miseria, in quam omnes omninò homines per peccatum miserrimè inciderant.

§ 10. Unicum hîc addimus, nimirum ad determinatam hanc Causam Efficientem Quò non injuriâ referri etiam aliam quandam Concausam sive Sociam. Sed de hac peculiari postmodum Theoremate. Manifestum interim ex dictis est hoc

A X I O M A.

DEus sive tota SS. Trinitas concurrit ad Nativitatem Christi, eandemq; suò modò promovet, efficit & procurat.

§. Εὐδῆ.

§ Eūdytor, inquam, hoc ex ipso Theoremate & ejus explicatione; unde etiam Modus concursus, & Diversitas ejusdem facile perspicitur. Subnectimus saltim.

PORISMA.

Quotquot impugnant Nativitatem Christi, eandemque quali, quali pacto lædunt & violant, violant & lædunt unò opere totam SS. Trinitatem.

§ Non est dubium: Quum injuria læsi effecti redundet ita in ipsum Efficientem. Plura de hoc in specialioribus. Sequitur

THEOREMA

Tota S. S. Trinitas læditur impugnatione & lesione Nativit. Christ.

Causa Socia Nativitatis Christi est Maria.

EXEGEMA.

Causa socia Nativit. Christ.

§ 1. Ne dubium aliquem teneat aut suspensum Terminorum significatione brevissimam eorundem & succinctam Explicationem præmittemus in vestibulò.

§ 2. Est autem Socia nobis Causa ista, quæ partialiter influit in esse alicujus causati, sive: cujus concursus requiritur proprius & influxivus ad alicujus Rei productionem, sive ille par sit, & æqualis alteri causæ, sive minor & inæqualis eidem. Patet facile!

Explicatio Terminorum 1.

§ 3. Coeterum Maria Nomen est proprium, scripturis haud incognitum nec usitatu infrequens; Quod ipsum, uti alias aliis imponi suevit puellulis: Ita etiam huic, de qua nobis impræsentiarum sermo est, à Parentibus octavo die collatum, etsi receptò more, tamen haud quaquam sine omine, id quod ex originatione ejus seu Etymologiâ luculentius inclarescet.

Causa socie. 2. Maria.

§ 4. Maria enim Latinorum, & Μαριαμ Græcorum Ebraicis dicitur מרים à מר Amarum, & ים Mare, Radicis מרר Amarus fuit. A מר Masc. surgit מרה foemin. Amara. Hinc מרה Mara Nomen proprium loci, cujus mentio fit in Exod. ab amaris aquis sic dicti. Et Nohomi de se sic loquitur: אל תקראנה לי נעמי קראו לי מרה כי המר שדי; Ergò Mara vel Maria simplex notio significat amarum, hoc est, valde tristem, μελάφρονα. Prorsus enim, uti amara quæ sunt, injucunda accidunt, & minus grata palato: Ita animo moeror. Affine verbo מר mutare, quod moeror hominem mutare soleat. Unde si-

Etymologia Ebraeorum.

Exod. 15, 23



meon ad hanc nostram. $\kappa\acute{\alpha}\iota \text{C}\acute{\alpha} \text{f} \text{a}\acute{\omega}\lambda\eta\varsigma \tau\acute{\omega}\nu \psi\upsilon\chi\lambda\acute{o}\nu \delta\iota\epsilon\lambda\lambda\acute{o}\sigma\epsilon\tau\alpha\iota \rho\acute{o}\sigma\alpha\iota$
 Luc. 2, 35. *Phaia*, Quin & tuam ipsius animā trajiciet gladius, hoc est, mœror ma-
 ximus, ubi nempe videbis filium rapi ad supplicium, & infandâ mania
 occidi. Compositum fit per adjectionem syllabæ $\text{C}\acute{\alpha}$, sonatq; *ama-*
rum mare, nomen acerbissimam referens mœstítiam &c.

Chaldeo-
rum.

§ 5. *Chaldæi*, si quis hanc malit originationem amplecti, notat
 vox eadem doctricem *Populi*, hoc sensu, ut formetur à $\text{C}\acute{\alpha}$ & $\text{C}\acute{\omega}$ voci-
 bus maximè trivialibus.

Syrorum.

§ 6. *Syrifuum* $\text{C}\acute{\alpha}\text{C}\acute{\omega}$ quasi $\text{C}\acute{\omega}$ deductū volunt,

1 Cor. 16, 22 signante illis, uti notum, *Dominum*, juxta illud: $\text{C}\acute{\omega}\text{C}\acute{\omega}$.

Arabum.

§ 7. *Arabibus* scribitur $\text{C}\acute{\omega}\text{C}\acute{\omega}$ à $\text{C}\acute{\omega}$ quod sonat illis *generali* fi-
 gnificatu *fœminam*, perinde ut $\text{C}\acute{\omega}$ virum. Exotica alia, quia forsā for-
 dent nonnullorū narib; & min; grata sunt brevitatis ergo transilim;.

§ 8. Nunc utram quis mavelit exosculari *derivationem* ex datis,
 utram etiam consequenter *derivationis significacionem*, perinde nobis
 erit; Inveniet ubiq; *nomen & omen*, hoc est, *vocem & rem* eleganter ad
 invicem quadrantia, nec sine fatô id nominis *huic puella* primitus im-
 positum.

Homony-
miaratio-
ne diverse
impositio-
ni.

§ 9. Reperiuntur autem *plures Mariae* nomine insignitæ *fami-*
liaratio-
ne diverse
impositio-
ni. *na*, sive vetus excutiamus, sive Novum Testamentum, præprimis
 tamen in novo fœdere; Quas inter est *Maria Magdalena*: *Ma-*
ria uxor Cleopha: *Maria Jacobi minorū mater*; *Maria Johanni*
Marci mater, & deniq; alia quædam *Nazaraa* è tribu *Judâ*, *domus &*
familia David, prognata ut volunt *Annâ*, & *Joachimô* Parentibus, nec
 Luc. 8, 2. non provectioris jam ætatis desponsata viro cuidam, ejusdem cum
 Joh. 19, 26. sponsa stemmatis Davidici, *Josephô*, artis lignariæ perito, & integro
 Luc. 24, 10. vitæ scelerisq; puro homini, quô de postmodum prolixius in *Axioma-*
 Matth. 27. *tibus*. Pater interim ad præsens, quid intellectum velimus per *Termi-*
 61. *num Mariae*, & *quam* designatam imprimis eô ipsô *fœmellam*.

Mar. 15, 12.
Act. 12, 40.
Matt. 1, 16.
Probatio
Complexi.

§ 10. Coeterum, hanc ipsam *Causam Sociam* enunciamus *Nativita-*
tû Christi eâ ratione, quâ concursum ejus requisivit Deus ad exhibitio-
 nem *Messia*, id quod manifestum non solùm ex massa illa proprii san-
 guinis,

guinis, quam participavit τῷ λόγῳ ad nutum & directorium sancti Spiritus; sed & ex eâ Salvator Mundi natus est, adeoq; sustinuit in se ipsam Nativitatem, & quasi principium ejus & fundamentum fuit; Id quod clarius jam & uberius paulò declarabunt subnectenda

AXIOMATA

I.

Maria Nazaræa Mater fuit, & Genitrix Jesu Nazareni.

MARIA mater Jesu

§ Datam fuisse olim & inventam Puellam quandam in urbe Nazareth Mariam dictam in confesso est apud omnes, nec quisquam facile reperiri datur, hoc qui in dubium vocet, aut controversiam, etiam ipsos inter Adversarios infensissimos. Appellare autem placet foemellam illam Nazaream, quod in urbe Nazareth fuerit educata, & forsân etiam procreata, prorsus ad exemplum Filii ejus, qui eandem ob causas Nazareus indigitatur in eodem hoc Theoremate; Tum &, ut initio aliquid discriminis constet, quò sequestretur Maria hac ab alia foemella eodem ferè nomine insignitis. Sed ad rem propius! Mariam illam Matrem salutamus seu Genitricem Jesu Nazareni, quod liquebit. 1. Quia ipsum verè participando proprium sanguinem concepit, ad completos menses in utero gestavit, & demùm aliarum puerperarum more absolutò tempore in hanc lucem enixa est. Ita nos erudiunt sacra oracula & certiores reddunt etiam de minimis. Verè ipsum concepit:

Ratio I.

Ἰδὲ σου κλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ πᾶσι ὕδιν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἰησοῦν! Inquit Angelus ad Mariam. Verè ipsum gestavit in utero, effatum scripturæ: Μαρία εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου, vel ut Ebraicè transfert: וַיִּרְרָה הַרְרָן בְּהַר הַנְּצֻזִים מֵרִים. Verè deniq; absolutò tempore peperit Jesum. verba sunt iterum Spiritus per Evangelistâ: ἐγγέθη ἐν τῷ εἶναι αὐτῆς ἐκεί, ἐπληρώθησαν αὐτῆς ἡμέραι καὶ παῖς αὐτῆς καὶ ἐπέτρε ὕδιν αὐτῆς τὸ πρῶτον. Intelligi autem hic Mariam illam Nazaream, &c. de quâ nobis sermo est ad præsens, vix controvertitur. Et hoc Primum. 2. Expressè in Scripturâ vocatur, Mater Jesu!

Luc. 1. 35.

Matt. 1. 18.

Luc. 2. 6.

2.

Τῆς ἡμέρας τῆς τετάρτης γάμου ἐγγέθη ἐν κανά τῆς γαλιλαίας: καὶ ἦν ἡ μήτηρ καὶ Ἰησοῦ ἐκεί. Huc spectat illud Elisabetha: Πόθεν μοι τὸ πῶς ἂν ἐλθῇ ἡ μήτηρ καὶ κρείσσον μου πρὸς με;

Luc. 1. 43.

C 2

2, Ma-

Maria sponsa Iosephi Maria Mater Iesu sponsa fuit; non uxor Iosephi.

bo§ 1. Sponsa fuit: quia promissa olim & destinata ejus connubio. Non uxor fuit: Quia nunquam ab ipso domum deducta, nec unquam ab eodem cognita fuit. Utrumq; planum ex Scripturis! Et quidem primum sic

LUC. 1, 26. adstruit manifesta litera. εν τῷ μὲν τῷ ἔκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος

27. Εὐαγγελῆσαι τὴν τῆς Θεοῦ χάριτος παρθένον μεμνηθεὶς ἀμφοτέρων αὐτῶν. ὡς ὁνομαζομένη Ἰωσήφ &c. Quò quid clarius? Sed & de Posteriore non minus

MATT. 1, 18. lucida obferunt sese Scripturæ Testimonia: Πρὶν ἢ ἔλθεῖν αὐτῷ, antequàm vel convenirent illi. Seu juxta Ebraum כַּבְּרַת הַיְהוּדִים antequàm ille veniret ad eam, Vel ad sententiam Syri: נְדָרָה פְּרִיָּהּ priusquàm confociarentur. Ὁρῆθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πύθμιος ἁγίας. Inquit Evangelica veritas. Et ipsa Maria Mater

LUC. 1, 34. futura ad Angelù: Πῶς ἔσται τῷ, ἐπεὶ ἄνδρα ἔγνωσκω: Quomodo erit istud, quandoquidem virum non cognosco. Seu ex translatione Syriacà: הֲלֹכִים לִי נְכַרְתִּיךָ נְדָרָה נְכַרְתִּיךָ נְכַרְתִּיךָ Quomodo fiet istud, quia vir non est cognitus mihi? Accedit his, quod conceptura dicitur & paritura Maria non virili Iosephi semine, sed potenti à altissimi & Spiritus Sancti adumbratione: Πνεῦμα ἅγιον ἐπέλευσε τῆς ἁγίας, καὶ

LUC. 1, 35. δύναμις ὑψίστης ὀπισκιάσθη σοι. Respondet Angelus ad quaestionem: Quomodo? Hinc & illud, quod Iosephus pregnantem advertens Mariam, & à se nunquam cognitam deferere apud animum decreverit, juxta

Esse debuit illud: ἐβλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτῷ. Rationes autem, ob quas & quibus motus æternus Pater Filium suum nasci voluerit ex Puellâ desponsatâ viro, variæ à variis assignantur. Possunt tamen ad Tres imprimis classes reduci, quotquot occurrunt. Ita quidem ut alia sint ex parte nascendi, vel nati Pueri: Alia ex parte Mariae Matrû: Alia deniq; ex parte nostri.

Rationes 1. S 2. Ex parte Pueri Rationes has subesse verisimile est: Primò ne ab infidelibus tanquam illegitimè natus abjiceretur, ut dicit Ambrosius super Lucam. Quid enim Herodi, quid Judæis posset adscribi, si natum ex adulterio viderentur persequi? Ut 2. More Scripturarum consuetò Genealogia Christi describeretur per Virum. Ut 3. Partus Virginis Diabolo occultaretur. Ut 4. Puer natus à Iosepho nutrire, unde & Pater ejus dictus est, quia nutritivus fuit.

A parte Pueri. 1. 2. 3. 4.

Ex parte

§ 3. *Ex parte Mariæ Matrū.* Ut 1. per desponsationem esset immu-
nis à poenâ lapidationis, nec tanquam adultera calumniosè traducere-
tur à Judæis. Ut 2. per hoc ab infamia liberaretur; Unde ait *Ambro-
sius*, Desponsatam esse, ne temerata Virginitatis adureretur infamiâ,
cui gravis alvus, corruptelæ videretur insigne præferre. Ut 3. Virgini
à Josepho exhiberetur ministerium.

§ 4. *Ex parte deniq; nostrâ.* Ut 1. Ex *Josephi* testimonio certius com-
probaretur Christum ex Virgine natum, unde & locupletior testis pu-
doris ab *Ambrosio* dicitur. Ut 2. Per hoc verba Virginis, Virginitatem
suam asserentis, magis credibilia redderentur. Culpâ enim, *dicente
super Lucam Ambrosio*, obumbrare voluisse mendaciô videretur innu-
pta prægnans: Causam autem mentiendi desponsata non habuit,
cùm Conjugii præmium & gratia nuptiarum partus sit fæminarum.
Ut 3. Tolleretur excusatio Virginibus, quæ propter incautelam suam
incurrunt infamiam. Ut 4. Mysterium Ecclesiæ hac ratione adum-
braretur, quæ cùm sit Virgo, desponsata tamen est uni Viro, ut habet
Augustinus. Ut 5. Similiter Virginitas & matrimonium contra Hære-
ticos alteri istorum detrahentes, honoraretur; Quam rationem etiam
annotat *Basilius*. Alii, Alias

21
2
A parte
Matrū.
1.
2. 3.

2.
A parte
Nostri.
1.
2.
3.
4.
5.

3.
Maria Sponsa Joseph oriunda fuit ex Tribu Judâ,
domus & familiæ David.

Maria ori-
unda è
tribu Jud.
Domus Da-
vid. Fuit
Rationes
1.
Luc. 2, 4.

EXEGEMA.

§ 1. Probari id potest, & statuminari duabus viis.

§ 2. *Undâ*, quâ Desponsata dicitur *Josepho*, ejusdem cum illâ non
solum Tribus, sed & Familiæ, id quod etiam lippis & tonsoribus notum
erat tum temporis. De hoc verò dicitur ex fertis verbis: *Διὰ τὸ εἶναι
αὐτὴν ἐξ οἴκου τοῦ μετὰ Δαβὶδ.*

§ 3. *Secundâ*, quâ Genealogiam ejus à Davide per Nathanem du-
cali lineâ contextam apud *Lucam* esse existimamus, rationibus non o-
mninò imbecillibus, de quibus in conflictu.

§ 4. Ubi imprimis observationem meretur illud, quod & *Mabum-
medani* profapiam *Mariæ* recenseant ab Abrahamo per Davidem, eo-
dem ferè modò, quò *S. Matthæus* ipsius *Josephi*, quodq; profiteantur
hoc ipsò, Christum filium *Mariæ* surculum esse è *Jessâ* radice prope-
modum

Notatio
Mabūme-
danorum.

²² **Esse debuit** modum intermortuâ repullulantem, adeoq; sanguinis regii à Davide oriundum. Non vacat impræsentiarum ex voto hoc diducere, nec adponere Genealogiam Saracenicam, quam ex libro quodam à Turcis reportatò, & ab amico nuper (an casu nescio, an consilio!) ad me destinatò, depromere integrum esset. Forfan de his alibi.
Ratio. **2Sam 7. 12** **13.** **1Parah. 22.** § 5. *Debuit* interim ex allegatâ Tribu, Domò & Familiâ originem suam trahere *Mater Jesu ad Vaticaniorum complementum*, & ut Promissiones Davidi factæ de exsuscitatione seminis, & perpetuatione solii sui vel tandem, & hoc pacto adimplerentur. Agunt de his Libri Samuelis, Paralipomenon, Psalmi, Prophetæ.

^{12.} **Es. 11. 1.** **4.**
Ier. 23. 5. **EXEGEMA.**
Es. 33. 15. **§ 1.** *Virgo est samina florem pudicitia sua illibatum servans, & claustrum uteri interruptum.*
Maria Virgo esse debuit & fuit **§ 2.** *Talis esse debuit, talis etiam fuit Maria Mater Jesu.*
Debuit **§ 3.** *Esse debuit: Quia sic vaticinati erant, & diu ante polliciti sacri Prophetae, ad unum omnes, tale subjectum congressus & tactus virilis experts Messia generando destinantes. E multis pauca: Ita Esaias prædixit id tanquam admirandum mysterium his verbis: כְּנָהּ הָיְתָה וְיָלְדָה בֵּן וְקָרְאָה שְׁמוֹ עֲמָנָה* Quod LXXII Interpretibus sic transferre visum fuit: ἰδὲ ἡ παρθένος ἐν κοιλίᾳ ἠέψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανὴλ. Habetur autem:

ἰδὲ ἡ παρθένος ἠέψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανὴλ. Habetur autem: hic in Ebraeo vox **מַלְעָה**, que semper notat virginem juvenculam intemeratam, & intactam ab **עַלְמָה** occultavit, quasi occultatam à consuetudine maritali, & domi sedulo custoditam juxta morem Hebræorum. Sicut de **Exod. 3. 8.** *Rebecca* nondum desponsatâ *Isaaco* in *Genesi*. & *Miriam* puellâ sex Annorum in *Exodo* usurpatur. Quemadmodum etiam Masculinum, **1. Sam. 17. 56.** **עַלְמָה** abiq; **עַלְמָה** *calibem* notat, & vitæ Conjugalis expertem. Quò pertinet, quod *Hieronymus* observat in Linguâ Punicâ, quam Ebræam esse, & verisimile est, & probat *Josephus Scaliger*, vocem **מַלְעָה** significare Virginem. Ut nihil dicam de Articulari **ת**, quod præfixum dictæ voci sententiam nostram de illâ magis magisque roborat. Hinc recte l. c. **Esai. LXXII** reddiderunt **παρθένον**. Ita & *Matthews*, pro quò *Syrus* habet **ܡܠܥܐ** ab Ebrao בתולה, quâ voce puram & incontaminatam

tam Virginem significari extra controversiam est, nec oppositum ex uni-
versis Bibliis demonstrari facile poterit.

§ 4. Facit huc etiam locus aliquis Jeremia: ברא יהוה חרשה
: נקבה תסוכבגברו בארץ נקבה תסוכבגברו Quod de Messia Nativitate ipsi Rabbini in-
tellexerunt, teste Rabbi הרש"ן משה הררש"ן supra Genesim, sensum istum ipsis
verbis importantibus: Si enim de communi fœminâ intelligendus lo-
cus iste propheticus, quale illud esset novum in Terrâ? Fœminam,
communi Naturæ consuetudine virum circumdare, ecquod novum
est? Quid tritius & vulgatus eô in Terrâ! Unde Augustinus: *O fœmina
super fœminam benedicta, qua & virum non cognovit, & virum in utero
circumdedit, qua concubitu carnali non tangitur, & tamen carneâ prole
de spiritali semine maculatur.*

§ 5. Arguit idem Dominus Jhova, dùm serpentis Contritorem se-
men mulierû non viri nominat. Manifestè enim oppositionem hanc
inter serpentem ipsum, & inter semen mulieris tantum constituit.

§ 6. Consentit Rabbiorum Schola, quæ Messiam è fœminâ, uterò
clausò, egressurum statuit; Testimonia hujus in proscenium addu-
cere possem, sed brevitas studium hac vice retrahit; videri tamen
possunt & inveniri apud Galatinum & Helvicum, quos consulat lector
cupidus.

§ 7. Typi idem locuti sunt, & perspicuè adumbrârunt. Ut Porta
clausa, ejus mentio est apud Ezechielem; Lapidis absq; manu revulsi,
apud Danielelem: *Structura templi Salomonis absq; ferramento ædificati,*
in libris Regum. *Rubi ardentis, nec tamen absumpti in Exod. Virge
Aaronis, frondescentis in Numer. Velleris Gideonis & aliorum. Quor-
sum spectat etiam illud Lutheri simile à Sole penetrante vitrum, sed ta-
men id non lædente, in Cantione Germanicâ: Als die Sonn durch
scheint das Glas &c.*

§ 8. Quin sic voluit, sic jussit *Mysterii Qualitas & Conditio*, respec-
tu triplicium *subjectorum Triplex*; Videlicet 1. respectu Christi, ejus
(a) *Duplex Nativitas, æterna & temporalis*, Ratione illius Patrem, ratione
hujus habere non debuit, ne duo Filii crederentur. (b) *Quia sacerdos
Novi Testamenti debuit esse* ὁ πατήρ, ἄγγελος, ἀμικαῖος, καὶ ἁγίος.
μὴ δὲ διὰ τῶν ἁμαρτωλῶν. Ergò ex Patre & Matre more mundanò
nasci non debuit; Aliàs enim fuisset carò de carne. 2. Respectu Ma-
ria Virginis, *Christus debuit nasci novò modò, ut patuit ante ex loco*

23

Jer. 31, 22

Gen. 41

Augustin.
Serm 4. in
Nat. Tom.
10. Col. 580

B.

2.

Gen. 3, 17

3.

4.

Ezech. 44

1. 2.

Dan. 2, 34

1. Reg. 6, 7

Exod. 3, 2

Num. 17, 8

Jud. 6, 36

37. 38.

5.

Ebr. 7, 26

Joh. 3, 6

Jere-

- 24 Jeremianò. At hoc erat omnium novorum novissimum, esse *Virginem simul & Matrem*. 3. Intuitu *Ecclesia*, cujus Status per hanc Nativitatem mysticè est adumbratus. Est enim *Ecclesia Virgo, Mater*. *Virgo* quidem cum *Passivè*, hoc est, ab omni immunditie mundata: Tum *Activè*, hoc est, cum Diabolo non fornicatur. *Mater* verò: Quia quotidie membra mystica gignit.
- § 9. Quin & *Lapsus* eò tendit *Recordatio*. Quemadmodum enim *Eva* adhuc *Virgo* Peccatum in Genus humanum introduxit: Ita quoq; ex *Virgine* nasci debuisse Salvatorem volunt tollentem Peccata Mundi.
6. § 10. Et deniq; *Virginem* esse Genetricem *Messia* voluit jussit *Peccatorum nostrorum expiatio*. Nimirum, quicumque ex voluntate viri concipiuntur & nascuntur, in peccatis concipiuntur & nascuntur.
7. *Job. 1. 29.* *Job. 3. 6.* *Job. 14. 4.* *Job. 15. 14.* *Gal. 3. 10.* *Deut. 27. 26.* *Bernh. in Medis. cap. 2. col. 190.* *B.* *Gen. 3. 15.* *1. J. h. 3. 8.* *Dan. 9. 24.* *Gen. 22. 13.* *Ebr. 7. 26.* *Luc. 1. 35.* *Dan. 9. 24.* *Pet. Chrysol. serm. 15.* *fol. 25. B.* *Aug. ser. 20.* *Erem. Tom. nic. 10. col. 1311.*
- quæritur *Deus* in *Job. 14. 4.* *Job. 15. 14.* *Gal. 3. 10.* *Deut. 27. 26.* *Bernh. in Medis. cap. 2. col. 190.* *B.* *Gen. 3. 15.* *1. J. h. 3. 8.* *Dan. 9. 24.* *Gen. 22. 13.* *Ebr. 7. 26.* *Luc. 1. 35.* *Dan. 9. 24.* *Pet. Chrysol. serm. 15.* *fol. 25. B.* *Aug. ser. 20.* *Erem. Tom. nic. 10. col. 1311.*
- quæritur *Deus* in *Job. 14. 4.* *Job. 15. 14.* *Gal. 3. 10.* *Deut. 27. 26.* *Bernh. in Medis. cap. 2. col. 190.* *B.* *Gen. 3. 15.* *1. J. h. 3. 8.* *Dan. 9. 24.* *Gen. 22. 13.* *Ebr. 7. 26.* *Luc. 1. 35.* *Dan. 9. 24.* *Pet. Chrysol. serm. 15.* *fol. 25. B.* *Aug. ser. 20.* *Erem. Tom. nic. 10. col. 1311.*
- quæritur *Deus* in *Job. 14. 4.* *Job. 15. 14.* *Gal. 3. 10.* *Deut. 27. 26.* *Bernh. in Medis. cap. 2. col. 190.* *B.* *Gen. 3. 15.* *1. J. h. 3. 8.* *Dan. 9. 24.* *Gen. 22. 13.* *Ebr. 7. 26.* *Luc. 1. 35.* *Dan. 9. 24.* *Pet. Chrysol. serm. 15.* *fol. 25. B.* *Aug. ser. 20.* *Erem. Tom. nic. 10. col. 1311.*

De matre natus Virgine, Sine virile femine: Sine serpentis vulnere, de nostro venit sanguine: In Carne nobis similis, Peccato sed dissimilis: Ut redderet nos homines DEO & sibi similes.

23

Maria

Fuit Virgo.

Matt. 1, 18.

& seqq.

Luc. 1, 27.

& seqq.

§ II. Ita Mater Jesu, sive Genitrix Messiae esse debuit Virgo. Fuisse porro eam, seu extitisse talem, & quidem Mariam Josephi Sponsam, asseverant Scriptores Historiae Evangelicae nobis merè ac verè Authentici; Quin omnibus tales habendi, qui non Spiritui Sancto per eos loquenti obiectem ponere, & rebeli profus ac perverso animo eidem oblectari volunt. Agnosceat hoc Alcuranus, & quod mirum, historiam exinde refert de ablegatione Angeli in formam humanam ad Mariam, ejusque colloquium cum Maria, quamvis fabulis suis haec ipsa contamine.

5.

Maria mater Jesu, ut Virgo fuit ante partum; sic Virgo mansit in partu, & post partum.

Maria Virgo fuit

Ante partum

in partu,

& post

partum.

EXEGEMA.

§ Axioma hoc innititur immoto Scripturae fundamento, quod licet pluribus superstructum sit arietibus, è multis tamen unum hunc saltè, vel alterum producimus: Sic inquit Spiritus per Prophetam: הנה העלמה הרה וילדת בן וגו' Sic item Angelus Omnipotenti: *ἡ δὲ Μαριάμ ἐκείνη ἔσχε τὸ ἅγιον πνεῦμα.* Ex quibus ita colligimus: Si DEO non est impossibile omne verbum, per Prophetas aut Angelos enunciatum ac praedictum; Et si Maria concepit, & peperit Virgo, quod disertè affirmatur à Spiritu veritatis, nullam certè ratione ambigendum, eam, ut ante partum, ita in partu & post partum verè mansisse Virginem.

Esa. 7, 14.

Luc. 1, 37.

Si quis autem clamitet cum Ratione sequis, & quærat: Quomodo & Quomodo hoc, inquam, fieri potuit? Respondemus cum Angelo: *Ἐνεύμα ἁγίων ἐσῆλθεν ἐν αὐτῇ, καὶ δύναιμι ὑψίστης Πνευματικῆς αὐτῆς.* Acquiesce in his Ratio, nec scrutari perge, quæ scrutandò nunquam vales assequi nec cognoscere! *Credere & salvaberis!*

Luc. 1, 35.

PORISMATA.

I.

Graviter delinquent, qui Mariæ Matris Jesu integritatem & famam conspurcant.

§ Hos inter primipili sunt Judai recentiores, qui Mariam Genitricem Delictum Domini benedictam, semper virginem, in adulterio deprehensam calumnio Judaorum.

D

se men.

se mentiuntur. Pejores hæc in re majoribus suis, qui hæc talia de Mariæ ne suspicari unquam ausi fuere: Ita incontaminatæ virgo hæc, inter ipsos dum in vivis adhuc esset, & integritatis & famæ fuit! Lex in adulteros erat diferta ac severa. Fœmella hæc non erat illustris, sed pauper-cula, nullâ propinquorum auctoritate, opibus nullis subnixa; sed omni præsidio, subsidioq; planè destituta: Josepho fabro, homini pio ac simplici desponsata: Adulterii si suspecta, quin & in adulterio si verè deprehensa, curlitem non intendebant? Cur ream non peragebant? Annon Josephus, qui Jesum filium non agnoscebat, si quæ adulterii suspicio hærebat, accusator adulteræ, sub tantis favoribus futurus erat? At vivit Maria nostra in mediis Phariseis, & mortuò quidem filio vivis, nec unquam in vitam ejus inquiritur. Quod majus pudicitie argumentum? Quod firmitus? Tot Phariseis, tot Judæis in miseram fœminam frementibus, frendentibus, neminem accusare ausum? Quid vobis videtur, Judæi? Obmutescitis? Conscientiâ utiq; vestrâ ementitâ & convicti & obstructi estis! Concludo: Graviter delinquant, quicumq; Maria matri Jesu integritatem & famam conspurent! *Ἐδύσθη!*

2.

Hallucinantur, qui Mariæ Matris Jesu virginitatem impugnant, aut virginitatis perpetuitatem negant.

Error eorundem, nec non Helvedianorum & Antidicomarianitarum.

Objeccio Judæorum

1. Et

Matt. 1, 20.

Matt. 1, 27.

Luc. 1, 27.

2. Et

Jer. 31, 22.

§ 1. Illud faciunt Judæi: Hoc Helvediani & Antidicomarianita ab hoc errore ita denominati. Non capit charta utriusq; erroris neu plenariam enarrationem, neu prolixam discussionem. Quin & Priorem jam ante perstringere cœpimus in præcedaneis, & ulteriorem ejus confirmationem exhibere possumus in conflictu. Verbò tamen ad duo, quæ urget ut palmaria Rabbinorum schola; Videlicet.

§ 2. N Quod Joseph vir dicitur Maria, & hæc illius uxor, quodq; hinc Jesus Filius Josephi, & Josephus Pater Jesu salutatur. At verò parum hoc officit! Fit enim omne illud triplicem imprimis ob causam. a Propter communem hominum opinionem, quò de conferri potest Matthæus & Lucas. ß Ob paternam & maritalem affectionem, exsertam partim in duccendo & reducendo ex Ægypto; Partim in omni officiorum genere iisdem conferendo. γ Propter legitimam Josephi cum Mariæ desponsationem, quam adstruit Evangelica veritas. Mitto alia.

§ 3. ☐ Maria aliquoties mulier dicitur in sacris, id quod evertere videtur & infringere ejus Virginitatem! At videtur saltem, non reverè perfici-

perficitur. Respicit enim Spiritus sanctus his ipsis non ad privationem
 virginitatis, sed tantum ad differentiam sexus Hebraeo loquendi more;
 Quis non advertit? Hinc Augustinus: Nomine mulieris secundum Ebraeam
 linguam non virgineum decus negatur, sed semineus sexus ostenditur. Qui
 enim à patre est missus nisi unigenitus Filius? Quomodo ergo ex muliere fa-
 ctus, nisi quia idem erat apud Patrem Dei Filius missus, factus est hominis
 Filius? de Patre natus sine temporis die, de matre natus hodie.

§ 4. Convertimur ad Antidicomarianitas & Helvidianos, qui, ut lo-
 quitur Epiphanius, aut invidia, aut errore elati, & hominum mentes pollu-
 ere volentes, ausi fuerunt dicere, S. Mariam postquam Christum genuit,
 viro Josepho copulatam esse, & plures genuisse liberos; Elencho Paganus
 è sinistère intellectis Scripturæ locis, decepti.

§ 5. Dicitur Christum Primogenitum, at talis, non post quem alius, sed
 ante quem nullus, sive postea plures nascantur, sive non, cujus gratiâ al-
 lego Exodum.

§ 6. At Fratres habuisse dicitur expressè apud Marcum! Neq; hoc
 quicquam detrahit virginitati Matris! Quatuor enim modis Fratres in
 scripturis dici observant attenti ejus Lectores: Naturâ, Gente, Cognatio-
 ne & affectu. Habuit igitur Christus fratres non naturâ, sed cognatio-
 ne, sicut Loth & Abraham fratres dicuntur in Genesi: מריבה ברו וביתך ובין רש ובין רשך כי אנשים אחים ננחמו.

§ 7. Locum Matthæi quod spectat, in quo dicitur: Ἰσοῦ φιλίου ἐξ-
 ἠρωτος Μαριανης ἑως ἔτι καὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν πρώτων γενεῶν. In promptu
 Responsio est, missis aliorum effugiis, Particulam ἑως ἔτι, vel γὰρ, sive
 donec ita negare præteritum ut non ponat futurum, & hoc ex scripturis
 luculentissimum est, juxta ac verissimum. Brevitatis gratiâ inspiciantur
 saltè loca nonnulla ex Genesi; Posterior. Samuel. Esa. Psalmis.
 Matthæo, & Priori ad Corinth. deprompta, in quibus Particulæ hæc oc-
 currunt; At non cum illatione subsequenti, sed negatione dumtaxat antec-
 denti. Ita, inquam, & hoc loco eadem particula ostendit, Josephum
 ante natum Christum à conjugali consuetudine Mariæ abstinuisse. Nō
 verò probat diversum deinde subsequutum esse Et usus est Evangelista hæc
 particulâ, quia fidei nostræ plurimum intererat scire, Mariam ante con-
 ceptionem, & post conceptionem usq; ad Nativitatem ejus non fuisse
 cognitam à viro. Quod si de tempore subsequenti quaritur, optima
 est

Aug. serm.
 15. in Nat.
 Dom. Tom.
 10. Col.
 603. D.
 Epiph. lib.
 3. Tom. 2.
 l. 78.
 Matt. 1, 25.
 Colof. 1, 15.
 Quo sensu
 Christi. di-
 catur pri-
 mogenitus
 Exod. 13, 2.
 Marc. 6, 3.
 Fratres
 habuisse.
 Quot mo-
 di Frater
 in Script.
 dicantur.
 Gen. 13, 8.
 Matt. 1, 25.
 Significat.
 particula
 Donec,
 Gen. 8, 7.
 2 Sam. 6, 23
 Esa. 46, 4.
 Ps. 110, 1.
 Matt. 28, 20
 1 Cor. 15, 25.



28 est Hieronymi responsio: *Natum esse Deum per genitalia Virginis credimus, quia legimus; Mariam autem post partum cum Josepho concubuisse, & filios Helv. Tom. ex ipso suscepisse non credimus, quia non legimus.*
2. p. 13. D.

3.
Errant Mariam è Tribu Judà, domus & familiæ David oriundam inficientes.

Perstringuntur Ju. de tertiâ vico. Objectio eorundem.

Et. Matt. 1. 1.

§ Veluti iterum sunt *Judei*, qui contendunt *ignotam fuisse Mariam Profapiam, nec quicquam certi de eâ vel constituisse, vel hodiernum adstrui posse*, cum nullibi scriptura hujus mentionem faciat, quod tamen de *Josepho* observetur non semel & apud *Matthæum* & apud *Lucam* curiose. Hinc itaque sequi autumant, aut *Jesum Nazarenum*, si natus est sine Patre, non esse de domo *David*, aut *Josephum* omninò esse Patrem ejus. Hec est vis & summa argumentationis *Judaica* quam optarem mihi integrum esset, propriis met verbis conceptam huc transferre, & subjicere responsionem ex domesticâ *Idiotismo* elaboratam! Ita fortassis plenius, & forsitan etiam nervosius singula diluerentur. Sed faciitandum id erit alibi. Verbò jam nos expedimus: Quod *Christus* natus ex solâ virgine fuerit de semine *David*, patet ab Exordio hujus *Genealogiæ*, quando *Evangelista* dicit: *βίβλος γενεαλογίας Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, ὃς Ἰσραηλῆται.* vel juxta *Ebr.* ספר התולדות ישוע המשיח בן דוד. Ecce hoc initium destruit omnia memoratæ argumentationis fundamina. Si *Christus* est filius *David*, ergò & Mater ejus fuit de semine *David*, patet ex serie *Genealogiæ*. Et si *quaris, quare ad Josephum, & non ad Virginem ducitur Genealogia?* Respondemus, id mori esse *Scripturæ*, ut magis ad *Viros, quam ad Mulieres* textat *Genealogias*. Nec plura!

4.
Peccant, quotquot demùm Mariam Genitricem Domini quovis modò violant.

Maria non est divinò honore maculanda, nec diffamanda.

§ Vel in defectu eam diffamando, vel in excessu divinò eam honore maculando. Utrumq; facinus æquè erroneum, æquè deforme & periculosum est. Et quidem posterius: Quia hoc currit contra manifestum Dei mandatum, & ipsum *Mariæ* humilis Ancillæ desiderium. Prius: Quia id 1. injuriosum est in *Scripturas* sacras, & sacrum Spiritum per *Scripturas* loquentem. 2. In *Dei* Filium ex *Mariâ* virgine natum. 3. In totam

totam SS. Trinitatem opus hoc mirabile mirabiliter & efficaciter pro-
moventem.

THEOREMA

^{3.}
*Efficiens Nativitatis Jesu Quod est Persona
Θεού, unigenitus nempe, & ὁμοίως αἰώνιο Πα-
τρὸς Filius, humanitate vestitus.*

Efficiens
Nativita-
tū Christi
Immedia-

EXEGEMA.

§ 1. Persona Θεού est individua & incommunicabilū Sub-
stantia ex duabus Naturis sive Essentiis, divinā & humanā, verē, propriē
& realiter unitis constans.

§ 1.
Explicatio
Terminorū
Quid Natio
θεωπ.

§ 2. Talem dicimus esse Efficientem Nativitatis Christi Quod seu
immediatam, hoc est, à quā immediatē ipsius Nativitatis Actus resultat.

§ 3. Et hoc consolidamus i. *Scriptura dictū.* Sic enim legimus
apud Lucam: Ἰδὲ συλλήψη ἐν σαρκὶ, καὶ τῆξῃ υἶόν· καὶ καλέσῃς τὸ
ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Quis hic? Is de quō loquimur, Θεού. Ita in eodem contextu: τὸ
ἑνὸν ἀπέσπειρεν ἐν γαστρὶ ἁγίῳ, enatum, genitum, factum, pro quō syrus legit: *נשׂוּר מן
כּוּכְיָא מִן כּוּכְיָא* Is qui nascitur ex te, sanctus. *Κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ:* Et Paulus in Epistol. ad Galatas expres-
sus inquit: ὅτι ἦλθε τὸ πλῆρωμα τοῦ θεοῦ, ἐξ ἀπέσειλον ὁ θεός
τὸ υἶόν αὐτοῦ ἑνὸν ἀπέσπειρεν ἐν γαστρὶ ἁγίῳ &c. Ex quibus allegatis collectio
& vis illationis facilis est.

Probatio
Theore-
matis
I.
Per script.
dicta.
Luc. 1. 32.
Gal. 4. 4.
2.

§ 4. *2. Natura Argumentis.* Id enim, quod primitus conceptum
fuit, & in uterō Mariæ Virginis procreatum, postmodum etiam ab eā-
dem in lucem editum est. Patet! At tale Suppositum, sive Personā-
tum, vel Compositum ex divinitate & humanitate in unam *ὑπόστασιν*
convenientibus, fuit conceptum. Ergo. Minor radicitur in Scriptu-
ris, & ex iis unice stabienda; Imò verò & hic ut stabilita jam ante
supponitur; Cūm Conceptionis veritatem, Naturam & Qualitatem
ipsa Nativitas, ut fundamentum suum præsubsternat. Pauca saltim
melioris evidentia; ergo hinc inde allubescit revocare.

Natura
Argumen-
ta.

§ 5. *Tria* autem circa *minorem* distinctè probanda sunt, ut constet
totius complexi veritas, firmitas: *Primum* est: In Personā Christi dari
veram divinitatem. *Secundum*: In Personā Christi dari veram Huma-
nitatem

36 nitatem sive Hominem. *Tertium*: Inter Divinitatem & Humanitatem,
In persona Deum & Hominem dari veram, propriam, & realem unionem. De
Christi da. singulis *ὁς ἐν πρῶτῳ δῶ.*
vi veram § 6. Ad *Primum* quod, illud probatur à *divini* cùm *Nominibus,*
divinitatē tùm *Proprietatibus & Operationibus.*
probatur § 7. A *Nominibus,* vi *Regulæ:* Cui tribuuntur *Nomina uni, soli &*
tripliciter vero *DEO propria, vel absolute, vel cum istiusmodi ἡγορία* *εἰς μόνον,* qui
 1. *Essentiam divinam verè notant;* Ille etiam *unus, solus & verus DEUS* est
à divini honorandus.
Nominibus § 8. *Nomina* autem hæc *Trium* præcipuè generum sunt; *Quædam*
deprompta deprompta ab *Essentia divina Proprietate;* *Alia à divini Generatione;*
 a *Nonnulla ab operum divinorum ratione.*
ab Essentia § 9. *illa* sunt יהוה, Θεός.
divina § 10. *Primum* verè Christo tribuitur; Id quod inclarescit, partim
proprietate ex *manifestâ Literâ,* ut in loco *Jeremiano:* כיטור השע יהוה וישראל
qualia ; יושב לבטח וה שמו אשר יקרא יהוה צדקנו; tali *ratiocinio:*
 יהוה Germen *Davidis,* de quo hic *Prophetæ sermo,* est *Jehova.* Christus est
Jer. 23. 6. illud *Germen &c.* Ergò.
Quod verè § 11. *Partim* ex *immutâ Consequentia,* quam subministrat *Dictorum*
Christo utriusq; *Testamenti Collatio,* non modò *Generali,* sed & *Speciali.* Vi-
tribui deri de hac possunt *prolixè alii!* Nos *compendio* velificaturi, ad *con-*
probat: par *fictum* vel aliud *Tempus* reservatâ *Generali,* *specialem Collationem.*
tim Liter. examinandam proponimus in *tribus dictis,* quæ erunt *instar omnium.*
Partim § 12. *Primum* esto ex *Psalmo 102. petitem & conferendum cum*
consequ. dicto *Ebræor. 1. Secundum* ex *Numeror: 14, & 21 Capitibus* cum *1. Co-*
Psal. 102, *26. 27. 28.* *rinth: 10. Tertium* ex *Esa: 6. cum Johan: 12* In *tribus* hisce *locis* ea, quæ de
Ebr 1. 10. 11 *Jehovâ DEO* illò *summò loquuntur* in *V. Testamentò* *citra controver-*
Num. 14. 3. *siam* transferuntur ad *Christum* in *Novò.* Ἀπόδειξις *specialiorem* *facilè*
cap. 21. 5. 6. *quivis* advertere, & *pro complacito* eruere potis est. *Quod* si tamen &
1 Cor. 10. 9. *nobis* id *tentaminis* imponetur, *citra difficultatem* in *discursu præ-*
Esa 6. 1. *stabitimus.*
Job. 12. 41. § 13. *Restat Posterius Θεός,* quod *consimiliter* Christo, *partim Ab-*
 Θεός *solute* tribuitur, ut *apud Johannem.* Et hoc non *solum* in *Statu Exal-*
Matt. 1. 23 *tationis,* verùm etiam *Exinanitionis,* videatur *Math. cap. 1. nec non*
 1 Tim. 3. 16 *Pauli. 1. Tim. 3.* Non *solum Θεός absq;* sed & *cum Articulò,* quod *eluc-*
 cescit

cescit ex Matth. 1. Luc. 1. Tit. 2. & Ebr. 1. Nondēniq; solum, ut *Θεός*
Pradicatum sit, sed etiam, ut ei in *Subiecto* absolutē tanquā DEO ali-
 quid tribuatur, id quod manifestum ex Act: 20. & 1. Tim: 3. Quæ duo
 posteriora indicia sunt summi DEI, ipsis etiam non diffidentibus *Phori-*
nianū. Partim cum Epithetū uni, soli & vero DEO competentibus; Et
 hoc manifestum ex Rom. 9. & 1. Joh. 5. Mitto alia!

31

Luc. 1, 16;
 Tit. 2, 13o
 Ebr. 1, 8.
 Act. 20, 28.
 1 Tim. 3, 16.

§ 14. Effecimus *Primum*, agens de Nominibus ab *Essentia divina*
Proprietate desumptis! Hoc excipit *Secundum*, offerens Nomina à di-
 vinā *Generatione* deprompta, hoc sensu: *Quicumq; est, & vocatur Filius*
DEI ab aeterno genitus; Filius DEI unigenitus & proprius; Filius DEI uni-
genitus ante omnes Creaturas; Illi tribuuntur Nomina uni, soli & vero
DEO propria. Manifestum! Quia Filium esse, & quidem proprium Fi-
 lium DEI, &c. Infert *Essentiam* sibi DEI communicatam habere (Ge-
 neratio enim est ejusdem *Essentia* Communicatio, juxta Exegematis
 1. Theorematis § 23) adeoq; cū *Essentia* divina non nisi una sit, ean-
 dem ipsam communicatam esse necesse est. Cæterū re participatā,
 Nomina etiam, ceu signa rerum participari quis est, qui vel hilum am-
 biget? Jam circa *Subsumptionem*, Christum esse & appellari Filium DEI
 1. Ab aeternō genitum, genitum, inquam, non factum, liquet ex *scri-*
ptura, Natura. *Scriptura*, & quidem ex *Proverbiū & Psalmū*: In *Pro-*
verbiū ita ipse Christus inquit: יהוה קנני ראשית דרכו קדם מפעליו
 מאז: מעולם נסכתי מראש מקדמי ארץ. באין תהמות חוללתו וגם:

Rom. 9, 5o
 1. Joh. 5, 5.
 β
 α
 Divinā Ge-
 neratione.

Scriptura.
 Prov. 8, 22.
 23. & seqq.

Quem locum de *Sapientia* *Essentiali* intelligendum esse, suadet contex-
 tus citra omnem dubietatis speciem. In *Psalmū* sic Pater: בני אלה
 היום ילדתיך Filius meus es Tu, Ego hodie, id est, in die meo, qui
 est aeternus, cum alia durationū species huic Enti non competat. *Natura*:
 1. Quia Pater est aeternus, Ergo & Filius ex *Natura* Relatorum. 2. Quia
 Filius Patri suus est ὁμοούσιος, quod heic nō probandum, sed præsuppo-
 nendum, Et hoc primum est. 2. Quod sit unigenitus & proprius DEI
 Filius Christus Jesus, confirmatur ex *Epistolā* ad Romanos: ὁμοούσιος τῷ πα-
 τρι & ὁμοούσιος. Necnon ex *Johanne* Evangel. Μονογενὴς πατρὸς τῷ πα-
 τρι, Unigenitus à Patre. Unigenitus autem est, quem Pater unū genuit,
 ut explicat Hieronymus. Et hoc docet Origo vocū; *Nativa* significatio;
 Et communū sensus; Quibus accedit *perpetuus* *Scriptura* usus, juxta
 quem contrarium aliud exemplō nullō probari aut demonstrari potest.

Psal. 2, 7.
Natura
 1.
 2.
 Rom. 8, 31.
 Joh: 1, 18.
 cap. 3, 16.
 1. Joh. 4, 9.
 Ad Helv:
 cap. 5.

Con-

32
Job. 1, 18. Conferri autem possunt, & simul cum allegatis observari verba subse-
quentia : ὁς τις ἢ κέλευν τὸ πάθος. Quibus indigitatur γησιότης,
καὶ τὸ ἀχώρισον, καὶ τὸ ζωάιδιον, notante in hunc locum Theophi-
lactō. Sed non licet hæc fusiùs hac vice persequi, nec stylō diducere ;

3.
Colof. 1, 15. Reservanda sunt cætera alii occasione vel discursui. 3. Deniq; Quod
Christus sit Unigenitus ante omnes Creaturas, evidens est ex Epistolâ ad
Colossenses, ubi observandum : Apostolum vocare Christum non
πρωτόκευον, sed πρωτότοκον &c. Et sic universali-er concludimus :
Quia Christo tribuuntur Nomina uni, soli & vero Deo propria, cum etiam
esse unum, solum & verum Deum.

2.
1. § 15. Hacenus à divinū Nominib; Christi Divinitatem stabilitam
dedimus; Nunc eandem & probamus à divinū Attributū & Proprieta-
tibus, vi Regula hujus: Cuicunq; competit plena, omnimoda, perfecta, ab-
Divini Proprieta-
tibus. luta & integra Deitas: Imò omnia Attributa divina, omnes Proprietates
& Perfectiones; Ille utiq; non nisi verus, essentiali ac absolutus DEUS erit.
Firmissimum hoc, & omni exceptione majus, modò dextrè intelligatur.
Jam singula adstrui possent, & probari de Christo abundantissimè, nisi
forsan aliud nos avocaret à Propositō, tūm & rem hanc non nisi in-
transitu delibare hac vice, & hîc loci animus esset. Compendiō: Chri-
sto plenam, omnimodam & absolutam Deitatem competere, ipsō jubare
meridianō clarissè elucescit ex Epistolâ ad Colossenses; Verba ita habet:

Colof. 2, 9. ἐν αὐτῷ καὶ ὅσα ἐστὶν θεότης ζωουλάως. Quæ Syrus ita παραφρασεῖ:
: רבה עמר כלה טולויה דאלוהותא גושמונואר : Arabs hæc
ratione : الذي حل فيه كمال الالهوت جسمي His collatis
& accuratè ponderatis talis eruitur verborum sensus : In ipsō Christo
Jesu, habitat, moratur omni plenitudo Deitatu الهيوتي seu
كوسم ipsa Dei essentia, corporaliter, velut in propriō suō corpo-
re & templō. Progredimur : Christo omnia attributa divina, omnes Pro-
prietates & Perfectiones assignari, distinctè probamus, sed unò tantum,
1. vel geminō Scripturæ locō, pluribus ad postulatam reservatis.

1. Aternit:
fundat: in
scriptura. § 16. Primum è censu Attributorum locum assignamus Aternitati.
Hanc tribuit Scriptura Filio, asserendō eum Patrem aternitatis; Egres-
sum ejus ab initio à diebus aternitatis; Ipsum fuisse in principio. Ue
Esa. 9, 6. taceam Patru aternitatem ex Naturâ Relatorum evincere & Filii aterni-
Joh. 1, 1, tatem; Maxime, cum & accedat identitas essentia, § 2. Im-

§ 17. 2. *Immutabilitas*, quæ indissolubili nexu cum *Æternitate* cohaeret, adstruitur tamen ex dicto Psalms, quod accommodatur ad Filium in Epistolâ ad Ebræos.

Pf. 102, 26.
Ebr. 1. 10. II.

§ 18. 3. *Omnipotentia* ex Genesi & Matthæo.

Gen. 17, 1.

§ 19. 4. *Infinitas & Omnipresentia*, quæ fundatur in Matthæo cum primis, & Epistolâ ad Ephesios.

Mat. 28, 18
cap. 18, 20.

§ 20. 5. *Omniscientia* (soli DEI propria juxta illud Jerem. & 1. Regum.) Christo tribuitur apud Joh. & in Epistol. ad Colos.

Eph. 1, 23.
Jer. 17, 10.

§ 21. 6. Deniq; *Adoratio religiosa* (Deo soli adscribenda ex Deuteron. & Matth.) Christo assignatur apud Esai. id enim, quod ibidem dicitur, refertur ad Christum in Epist. ad Romanos. Sufficiant hæc!

1. Reg. 8, 39
Joh. 21, 17.
Col. 2, 3.

§ 22. Ad *Ultimum* progredimur pro *Divinitate Christi* assecurandâ *specificarum*, & desumptum ab *Operationibus*, sive *operibus divinis*, hoc

Deut. 6, 13
Matt. 4, 10

fundamento: Cui tribuuntur opera non nisi uni, soli, vero Deo *ὁὐκ ἄλλος*; Ille certe etiam non nisi unus, solus & verus Deus erit; Patet: *Qualis enim Effectus: Talis causa.* Et nobilitas Effectus arguit nobilitatem causa. Jam

Esa. 45, 24
Rom. 14, II

verò Christo hæc tribuuntur, quod manifestum, cum de interna Spiritus sancti professione, certissimo divinitatis *κατακρίσις*, quæ confirmatur ex

1. Pet. 1, 11.
Gal. 4, 6,

Romanorum 8. collatò cum 1. Petr. 1. & Gal. 4. capitib. Tùm de Ex-
ternis usq; partim *ordinariis*, videlicet ex *Creatione*, tam *Primâ* ex Psalm.

Psal. 33, 6.
Ebr. 1, 3, 10.

33. quàm *secundâ*, hoc est, omnium rerum *conservatione* *Redemptione* Gen. 3. 1. Joh. 3. *Sanctificatione* Eph. 1. 2. Thess. 2. Patim

Joh. 5, 17.
Gen. 3, 15.

Extraordinariis, nimirum *Miraculis*, quæ cum ipse *autoritate propria*, *voluntate libera* ad suam ipsius *gloriam* patravit, attestantibus Actibus Ev-

1 Joh. 3, 8.
Eph. 1, 4.

angelicis; Tùm *Alijs* patranda facultatem contulit ex Matth. 10. Mar. 3. & Luc. 9. Alios Actus brevitatis gratiâ transiitio, & ex adductis hæcenus

2. Thess. 2, 13
Matt. 10, 1.
Marc. 3, 15.

generaliter concludo: Ergò *Christus est verus Deus*; sive: *In Persona illa* *qua vocatur Christus*, reperitur *vera & perfecta Deitas*, quod demonstra-

Luc. 9, 1.
2.

re nostri erat instituti & commissi.
§ 23. Eodem compendio & laconismo expedire animus est & *secundum* Minoris antelata *Membrû*; Davi scilicet *in Persona Christi veram & perfectam Humanitatem*. Citra ambages demonstrare hoc nobis integrum, tùm à *Priori*, tùm à *Posteriori*.

In Persona Christi datur veram Humanit.

§ 24. A *Priori* evincimus: Quia *vera, perfecta & essentialis* *Humanitas* *partes ipsi competunt*, *Anima Rationalis & Corpus organicum*, quibus *probatur*.

probatur.

E

datis

34. datus Homo suum verum. & perfectum esse obtinet, fatentibus id omnia
Luc. 23, 49. bus etiam adversus Partibus. De Anima locus est Luc. 23. de Corpore
Mat. 26, 12. Matth. 26. Accedunt partes integrantes. Caro, quam adserit Joh. 6. Offa
Joh. 6, 5. de quibus Luc. 24.

Luc. 24, 39. § 25. A Posteriori stabilimus: Quia Proprietates Essentiales Homi-
ni ipsi adjudicantur. Proprietates Essentiales Anima, ut: Proficere sa-
Luc. 2, 40. pientiam Luc. 2. Corporum: Proficere staturam Ibidem. Operationes: In-
1. Tim. 2, 5. tellexit enim, Elegit, Passus, Mortuus est. appellationes ex 1. ad Tim. 2.
Mat. 8, 20. Matth. 8. Et haec impraesentiarum nos expleant! Colligimus: Ergo
in Persona Christi datur vera & perfecta Humanitas, quod Secundum erat
circa Minorem expediendum.

3. § 26. Restat ultimum: Inter Divinitatem & Humanitatem, DEUM
Probatur & Hominem dari veram, propriam, realem & personalem unionem.

Inter De- § 27. Uno verbo: Datur Unio: Quia dantur dua Natura, divina
um & ho- & humana, inter se verè distincta & tamen concurrentes, terminataq; ad
minem, di- unum Quid, quod est Christus, unum Suppositum, una Persona. Dantur,
vinam & inquam, dua Natura, Divina, quæ αὐθιμοῦτετ & est λόγος, æternus
humanam Dei Filius; Necnon Humana, quæ αὐθιμοῦτετ & est σαρξ, seu σαρξ
Naturam Αἰσθητὴ. Illa hanc assumpsit ex Ebr. 2. vel: Verbum Caro factum
dari unio- est. Joh. 1. Sed quomodo utrumq;? λόγος assumpsit σαρξ Αἰσθητὴ
nem. uniendo id suæ hypostasi, seu recipiendo id in suam Subsistentiam. Patet
Ebr. 2, 16. ex Contextu, & ingeniosâ, curiosâq; rei universæ consideratione. Ver-
Joh. 1, 12. bum Caro factum est, non per substantialem conversionem; Implicat
enim hoc! Nec per accidentalem mutationem; Pugnat enim illud cum
immutabilitate λόγος veri & essentialis Dei! Sed per Assumptionem, su-
scipiendô Carnem, eidemq; sese communicandô, cum ratione Subsisten-
tia, tum ratione Proprietatum; Quod Primum.

Veram Pro- § 28. 2. Datur Unio Vera, Propria, Realis: Quia dua Natura verè,
priam, Re- propriè, realiter citra phantasiâ, verborum impropriatatem, aut aliam
alem. elusionem conjuncta, & per mutuam ἀλληλοῦσιν, necnon debitam Com-
municationem unita.

Persona- § 29. Datur deniq; Unio Personalis; Quia concursus duarum Na-
lem. turarum in Christo communicativus fit, & terminatur ad unam Personam;
Seu: Quia Terminus unionis hujus, intercedentis inter divinam & hu-
manam in Christo Naturam est Persona οὐθεῖος, Ἰουθῶσ per
id.

Id; *ἑνωσις* & *ἁπλῆς* facta quoq; est Carnis *ἑνωσις*; ut divina & humana Natura unum constituant *ὑφιστάμενον*.

§ 30. Caterum, *infer* hæc Unio vera, propria, realis & personalis in Christo non modò *immanentiam Naturarum mutuam*, sed & *veram Communicationem*, & quidem non solum *ἑνωσις*, sed & *ἰδιωμαίων*; Cum secus absq; illâ si esset nulla foret conjunctio; Absque hac non nisi *παρὰ φύσιν*, quod utrumq; æquè absurdum.

Ex unione
resulcat I-
diomatium
communi-
catio.
Pradicati-
onũ Ratio.

§ 31. E Communicatione fluit *Pradicationum Ratio*, juxta quã *Proprietates divina Nature verè & realiter pradicanur de Humanã Naturã, & vice versã*. Sed hæc & alia elegantius deducere, & distinctius proponere, & uberius explicare non sustinet hæc vice Chartæ angustia, nec temporis penuria, nec mentis sententia! Acquiescendum est in datis, è quibus quodammodò elucescit *complexi nostri firmitas, & hæc hæsis veritas*. Jam subjicimus nonnulla *Axiomata*.

A X I O M A

Christus Jesus ex Mariã Virgine natus, verus Deus, & verus Homo est.

Christus
Jesus
est

§ *Axioma* hoc in *Theoremate* proposito *fundatum* habemus, *decla- randum* hæc sistimus. Nimirum *Jesus Christus* Nomen est, *duarum Naturarum significativum*, duarum, inquam, *Naturarum, divina & humana*; Quarum *illa* se habet per modum *ἐπιχειρίας* & Actus; *Hæc* per modum *δυνάμεως* & potentia; *illa* propria personalitate subsistit, & ab æternò subsistit; *Hæc* ab eadem deficit, & forinsecus acquirit. *illa* est secunda Persona Trinitatis, unigenitus & *ὁμοούσιος* æterni Patris Filius; *Hæc* est massa carnis & foetus hominis ex Mariã Virgine à Spiritu Sancto præparatus. *Ununtur* autem *duæ* hæc memoratæ *Natura divina, humana* virtute Omnipotentis *ad unam Personam*, hoc est, ad unum aliquod certum rationale, individuum & incommunicabile *ὄνθετον*, quod est *Deus-Homo*, vocaturq; *Jesus Christus*. Et hic est ille, quem post factam illam & perfectam unionem in lucem editum consideramus, necnon ratione istius *Complexus divinitatũ Naturarum* salutamus *Deum-Hominem*: *Deum*, per æternam ex Patre *Generationem*; *Hominem* per Carnis ex Mariã semper Virgine sine virili semine *assumptionem*. *Deum* ratione divinarum Appellationum, Proprietatum o-

Homo-De-
us.
Propria
indoles
Naturarũ
anibulum.

Actualis
Unio gio-
gnit
Personam
ὄνθετον
ἱερωσ-

36 perationum; *Hominem* ratione humanarum Partium, essentialium, Proprietatum, & aliorum Requisite plurium.

A X I O M A

Christus Jesus Christus Deus-Homo ex Mariâ Virgine natus
Jesu est verè unus. *Jesu est* verè unus.

EXEGEMA.

Ratio & Fundamen- tum Axio- mati. *S. Quia est indivisus!* Fundamentum ergò adpositi Axiomatis con- *sistit* vera, propria, realis & substantialis Unio, quæ intercedit Deum inter & *Hominem*, sive inter duas in Christo *ἑνωθῶσα* Naturas, facit- que ut ad indivisionem quandam reducantur hæ ipsæ, & ita unum ali- quod constituent, verè ac realiter ad invicem concurrendò, & suas sibi Proprietates mutuò participandò. Perficitur autem & absolvitur ille concursus, illa participatio mutuâ Naturarum & *intimâ* *περιχωρήσας* *immeatione, circuminacessione,* quâ singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum o- mnia *ἐν ἀπείρῳ ἑνωσίσει*. Ita tamen, ut ubicunq; maneat & salva- perficitur *Ἀξίωσις τῶν πραγμάτων, distantia* duarum Naturarum non *localis, sed essentialis,* hoc est, *inviolata naturarum distinctio,* adeòque statuatur & credatur facta unio, ut *ἀδιαρέτως, ἀχωρίτως, ἀδιακό- τως, ἀπεργάτως,* Ita etiam *ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀαλλοιώτως, ἀμετέβλητως.* Ex his fluunt *Prædicationes Personales,* quæ nihil aliud sunt, quàm *Enunciationes certa, Unitatem Personæ Christi adstruentes, & περιχώρησιν naturarum in unâ eademq; Personâ communi declarantes.* Sed de his agere prolixius non est hujus loci, neq; etiam nostri instituti, sufficiat saltèm *extremû labiû delibâsse,* ne omninò insipida sint, quæ sapienda proponuntur, extra tamen hæc sapida esse nequeunt.

P O R I S M A

I.

Criminis arguendi, quotquot vel Deitatem Christi in dubium vocant, vel Humanitatem ejus quacunq; ratione impugnant.

EXEGEMA.

S. I. Uterq; Error satis gravis est, & prægnans, & peculiaris! Qui- cunq;

eunq; enim Deum negat Christum ex Mariâ natum, is unâ operâ & suam Salvatorem negat eundem, quod purus Homo in Peccatum, Mortem, Diabolum tanquam spirituales Hostes nullam exercere vim possit, multo minus eos debellare. Quisquis Hominem esse verum inficiari præsumit; Ille nihil minus facit, & sibi ipsi omnem salutis viam intercludit, quò de postmodum uberius.

§ 2. Referuntur autem commodè quod patet, *Χριστιανῶν* hæretici ad duas classes; Quarum Prior divinitatis; posterior Humanitatis Christi Impugnatores continet.

§ 3. In primâ classe numerantur primò locò Judæi, qui, ut infensissimi sunt Jesu Nazareni Hostes; Ita ejusdem divinitatem planè abnegatum eunt, blasphemum proclamantes, quod se Filium Dei esse dixerit apud Matthæum.

§ 4. 2. Ebionite & Cerinthiani, qui vivente adhuc Johanne Evangelistâ in diversis Asiæ Partibus hanc impietatem disseminârunt: Christum esse communem Hominem ex conjugio Joseph & Mariæ prognatum. Quam eandem hæresin renovârunt Carpocrates, & Cratemon seculò secundo subsequenti.

§ 5. 3. Samosateniani docentes: Christum simpliciter Hominem esse ex Mariâ natum, nullâ verò ratione simul Deum.

§ 6. 4. Ariani cum Photiniani tam veteribus, quàm Recentioribus, qui damnatam Samosateni hæresin quasi ab inferis revocârunt, & blasphemò ore proposuerunt: Christum non verum æternum Deum, & Patris *ὁμοϊστος* esse, sed in Mariâ primum coepisse.

§ 7. 5. Deniq; Mahummedani, & Turcæ in Alcoranò suò, Christum prophetam quidem magnum & Legislatorem profiterentes, cui Deus ipse animam suam inspirârit, non tamen verè Deus esse, neu veri Dei Filium proclamantes. Grandis error omnium & singulorum, piandus olim æternò igne! Cui quidem refellendo prolixiorem operam indulgere fas esset, si non alibi & ab aliis abundè id ipsum præstitum cognosceremus, Tum & ex præmissis hætenus idem illud suâ ratione fieri & præstari posset!

§ 8. Ad Secundam Classem pertinent 1. Marcionite à Marcione, quem Polycarpus Primogenitum Diaboli salutabat, sic dicti, qui Christi Carnem Mariæ & nobis consubstantialem negantes putativam, & aliunde

37
Castigan-
tur Erro-
res.

1.
Circa
Christi di-
vinitatem

•
Judaorum
Matt. b. 26.
64. 65.

β
Ebionitar.
Cerinthi.
Carpocrat.
Cratemon.

γ
Samosat.

δ
Arianorū.
Photinia-
norum.

2.
Circa
Christi
Humanita-
tatem.

E. 3.

§ 1. *assumptam. sibi imaginabantur.* At Maria non concepit in fide, sive aëre, sive alibi, sed in utero, & peperit filium, teste Angelo. Ergo Christus in Mariæ utero conceptus, & in eâ (non per Eam, quomodo Marcionitæ hunc locum depravabant) natus. Nec in ea, sive utero ejus tanquam hospes fuit cum carne suâ, quam aliunde assumpsit, veluti iterum Marcionitæ ganniebant; sed ex eâ natus: Το σπόμενον ἄγρον, inquit Angelus, vel ut apertius *Syrus* effert: הו דמהיר מנכי קרשא הו Is, qui nascitur ex te, sanctus est, σπόμενον ἐκ τῆς αἰματός Δαβὶδ καὶ οἰκίας, juxta Paulum in Epistol. ad Romanos. Et sic carnem verè assumpsit, de substantiâ Mariæ, quæ fuit semen Davidis; de substantiâ item nostrâ, sicut Pueri; Ex Epistol. ad Ebr. Habuit enim carnem & ossa, juxta proprium testimonium apud Lucam. Quod negans Marcion eadem operâ & conceptum, & prægnatum, & partum Virginis negat, quemadmodum rectè infert his verbis *Tertullian.* Marcion ut Carnem Christi negaret, negavit etiam Nativitatem: Aut, ut Nativitatem negaret, negavit & Carnem: Scilicet ne invicem sibi testimonium redderent, & responderent Nativitas & Caro; quia nec Nativitas sine Carne, nec Caro sine Nativitate. Sed &, qui Carnem Christi putativam introduxit, æquè potuit Nativitatis quoq; phantasmata confingere, ut & conceptus, & prægnatus, & partus Virginis, eosdem oculos, eosdemq; sensus sefellissent.

2. *§ 9.* *2. Valentiniani, qui Carnem & Nativitatem confessi, eandem tamen e cælo Christum secum attulisse, per Mariæ verò uterum, tanquam aquam per Canalem nihil de substantiâ fistula, vel plumbea, vel lignea, participande transisse contendebant.* At Maria concepit Filium non in cælo, sed in utero, teste Angelo. Ergo e Cælo non attulit, sed in Utero Mariæ virginis Christus carnem assumpsit, Carnem non cælestem, sed quæ semen Abrahæ, ex Hebr. 2. cap. Quæ fructus ventris Mariæ, ut eam vocat Elisabeth. Et sic Christus non de cælo, sed secundum carnem ex Patribus, juxta Paulum ad Roman. 9.

3. *§ 10.* *3. Manichæi, qui Christum non verum, sed fictitium & phantasticum Corpus assumpsisse, inq; eodem, non aliter ac Angeli sive spectra in specie hominum apparuisse, somniabant; Quin & ipsam non solum Incarnationem, sed & omnes Christi Actiones & Passiones putativè & in phantasmate, non in rei veritate evenisse, insanâ mente delirabant.*

Concepit

Concepit Virgo in uterò, & peperit filium, & pannu involvit, teste Angelo, teste Spiritu Sanctò. Ergò verum Corpus in uterò Mariæ assumpsit Christus. Spectrum & phantasticum Corpus quì concipi, quì nasci, quì pannis involvi posset? Spectrum & phantasticum Corpus quì carnem & ossa, partes corporis humani essentielles alias, earundemq; attributa & Effecta, quibus similis Christus nobis factus (jam non attingam) haberet? Ex Luc. 24. Quid quod Christus ipse se spectrum & phantasma ibidem negat? Quid, quod verè, non putativè, nec in phantasmate, languores nostros ipse tulit? Ergone etiam in phantasmate, non in rei veritate redempti erimus? Ita spectrum vite pro vitâ eterna nobis obsecretur! Ita miseriam nostrâ illuderetur!

Ebr. 7. 26.
 Luc. 24. 39
 Matth. 14.
 29. 26.
 Marc. 6.
 49. 50.
 Esa. 53. 4.

§ II. 4. Apollinaristæ, qui vegetativâ tantum animâ Christum præditum esse, rationalem verò minime assumpsisse, sed λόγον sive divinitatem rationalis Partis supplementum fuisse asseverabant. At: ἔταξε τὸ ὄν Μαρίας, inquit Evangelica veritas. Ergò perfectus Homo Christus, constans anima rationali & corpore. Quis alias posset verè & dici, & esse Filius? & quidem Filius Hominis? Imò Homo? Homo de cælo, Homo Christus Jesus. Homo qui profecerit sapientiâ apud Deum & homines. Cujus anima tristis ad mortem; Et turbata. Quis verò unquam Filium habuit, aut hominem vidit ratione destitutum? Quis hominem vel in Anima audivit vegetativâ sapientiâ proficere, vel tristem esse? Et quâ divinitas ei loco mentis esse possit? Cum voluntatem suam (quæ certè animæ rationalis est, habuerit, quæ alia à Patris, sive divinitatis voluntate. Cui accedit & istud Damasc. Totum totus assumpsit me, ut totus toti salutem largiretur: At si Animam rationalem non assumpsit. Ergò nec redemit! Ergò Redemptio hominis dimidiata erit! Nam quod inassumptum est, incurabile est.

4.
 Apollinaris
 risarum.
 Luc. 2. 7.
 Matt. 16. 13
 Act. 7. 56.
 Joh. 8. 40.
 Luc. 23. 47
 1 Cor. 15. 47
 1 Tim. 2. 5.
 Luc. 2. 52.
 Mat. 26. 38
 Joh. 12. 27.

§ 12. 5. Flaciani, arbitantes λόγον assumpsisse Carnem specie distinctam à nostrâ. At quomodo hoc? Prorsus ineptè!

5.
 Flacianorū
 6.

§ 13. 6. Deniq; Sociniani, Filium Dei humanam Naturam assumpsisse præcisè negantes. Tædet plus chartæ his refutandis infamere; Quin potius omnes illos criminis arguendos repetens dico, quia Spiritui Sancto perverse obloquuntur, Salvatori Mundi nequissimè detrectant, & fidem suam diabolice abjurant. Gravius Augustinus & verè: Maledictus, qui Filium Dei verum Deum & Hominem verum de Mariâ virgine nupernatum

Sociniano-
 rum.
 Ratio Per-
 rismatū.
 Aug. serm.
 2. in Nat.
 Dom. T. 19.
 Gal. 5. 7. 6a

natum, pro nostrâ salute non confitetur. Pro illô Christus non est mortuus, qui Christum verum Hominem negat. Quia est mortuus secundum hominem.

P O R I S M A

2.

Perversitatis insimulandi, quotquot unitatem Christi, aut duarum naturarum Communionem aliquâ ratione violant.

EXEGEMA.

Ratio Porismati.
Notantur
Errores,
Circa unionem duarum in Christo Naturarum.
1.
Samosatanianorum & Gregalium Calvini.
2.
Nestorianorum & Quorundam Calvinianorum.
Matth. 16.
3.
Felicis Episcopi & Eliphandi Toletani.

§ 1. Perversitatis, inquam, insimulandi sunt, quia pervertunt vias Dei & consilia Sapientissimi, in Scripturis exposita atq; manifestata; Quam perversionem consequitur inversio salutis & tandem æternæ vitæ jaçtura.

§ 2. Sunt autem hujusmodi Perversitatis Socii & Samosatani, quæ duas in Christo Naturas πάλιν ἑνωσιν, sive omni modo incommunicabiles esse propugnabant. Ideoq; verè à vereribus Patribus, quod unionem, personalem tollent, naturas separarent, duos Christos, quorum alter sit Homo, alter Deus, constituerent, hæreseos jam olim damnati. Quam tamen quomodo Beza, & qui eum sequuntur, quasi postliminiò revocent, dum ullam inter naturas Christi, Divinam & Humanam communicationem vel esse, vel esse posse negant, apertè constat ex Exegesi. Augustan. Confess. D. Mentzeri.

§ 3. Nestoriani, qui nudam non solum Naturarum in Christo quandam πάλιν ἑνωσιν somniabant, sed & Mariam Θεοτόκον Deiparam, Θεοτόκον negabant; Ἀποθεοτόκον verò & Χριστοτόκον asseverabant. Quam πάλιν ἑνωσιν Nestorianam revocant, ex Calviniani isti, qui humanam naturam adjunctum Christi statuunt; cum tamen homo non accidat Filie Dei, sed sit personaliter ipse Filius Dei. Vel Propositiones istas personales; Filius Mariæ est Filius Dei &c. Prædicationes duntaxat verbales faciunt, & per ἀπαίρεσιν Zwinglii explicatas volunt. Quâ ratione totum consequenter Redemptionis nostræ opus simul & semel destruunt. Si enim Mariæ Filius verbaliter duntaxat Deus est, qui realiter nos à peccatis liberare potis est?

§ 4. Felix Episcopus Orgelli, & Eliphandus Toletanus, qui Christum huma-

Humana natura respectu adoptivum tantum Filium Dei edictu scriptu qui-
busdam asseruerunt. Quorum Partes hodiernum sequuntur illi, qui Chri-
stum secundum humanam Naturam per unionem Personalem Filium Dei
cum Gregorio de Valentia, & Piscatore Herborense præfractè negant.
Cum ipse tamen Calvinus & Alii contrarium rectè adstruant.

§ 5. *Idi.* qui cum Beza, Danao, & Aliis, vel Personam Filii, non
Naturam Filii, si proprie loqui velimus, esse incarnatam asserunt; Cum
tamen Scriptura non solius Personæ, sed divinæ speciatim Naturæ men-
tionem faciat: *ἐν αὐτῷ καὶ κεί πῶν τῶ ἀληθινῶν τῶ θεότητος* *ὁ ὡμο-
ιωτῶς* omnis plenitudo Deitatis, hoc est, uti ex Syro jam antithac expli-
cavimus *ὁμοῦ* ipsa Dei essentia, necnon ex Arabe *ἕως*

4.
Nonnullorū
Aliorū
1.
Colos. 2. 9.

Deitas. Et Natura divinæ ita communis sit Trinitati, ut tamen tota & in-
divisa sit in singulis Personis. Et Persona non sit nudus *θεός* *ἡ ἀπα-
ρτία*, sed ipsa Essentia, certò caractere hypostatico insignita, ἡ θεότης ὁ-
δικῶς ἡμῖν ἐν μιᾷ τῶ εἰωτῶς *ὑποστάσεων ἐκονῶντων*, ut loquitur
Damascenus. Vel unionem solâ gestatione & sustentatione, sive etiam nu-
dâ in habitatione natura in *ῥῶγῃ* terminari dicunt. Cum tamen hæc
ipsa & alii Creaturæ competant. *Πᾶσι δὲ φέρεται τῶ πῶν τῶ δὲ δὲ
μῶς αὐτῶ*. Ex Epistol. ad Ebr. Et gratiosa inhabitatio sancti omnibus
competat. Et gestare atq; inhabitare sit actus secundus, qui personalem
actum specificum determinare non possit. Et sic Philosophia hæc hære-
ticißima sit, quia negat Filium Dei esse Hominem actu primò, sed fin-
git eum sustentare humanam naturam, velut actu secundo, differente
Lutherò. Et Verbum Caro factum sit, non conversione Deitatis in
carnem, sed assumptione humanitatis in Deum, quod ait Athanas. in
Symbol. Et sic verbi hypostasis *ὑποστάσις* facta carnis hypostasis, ju-
xta Damascenum. Verbum enim Caro factum unam habet divinitatis
carnisq; suæ personam, ut loquitur Augustin. Et sic corporaliter Deitas
habitat in carne, ex Athan. Adeoq; *ἐνὶ σαρκὶ* est *ὑποστάσις* inhabitatio
personalis. Vel Deniq; totam plenitudinem *ῥῶγῃ* sic inesse carni, ut tota
etiam sit extra carnem effluit. Cum tamen unio Personalis totius ple-
nitudinis divinitatis in habitatione in carne, definiatur in Epist. ad Colos.
Et sit naturarum ad se invicem *ἡ ἐκχώρησις*, immetatio sive participatio;
Et in persona naturæ unitæ sint *ἀδιδασκάλως*, Et *τῶ ἐν* *ἡ ἀρῆ* *καὶ τῶ ἐξ*
F *ἡ ἀρῆ*, Colos. 2. 9.

2.
Ebr. 1. 35.
Joh. 14. 23.
Eph. 3. 17.
Luth. T. 2.
Vv. f. 228
vid. Conf.
Maj. Tom.
3. Jenès. &
Tom. 7. de
Concl.
Damasc. l.
3. c. 11. Or-
thod. fid.
p. 206.
3.
Augustin.
lib. de fid.
ad Perr. c.
17. Tom. 3.
col. 230. A.
Colos. 2. 9.

42. *καρῶς*, *contradictoriis* sibi opponantur. Et si *ἕως ὄλεθρου* non sit *ἀπὸ*
καρῶς in carne, utiq; hactenus & hoc respectu non erit *ἕως ὄλεθρου*. Ergo
Athanas. Orat. 4. sublata naturarum *ἁπλοῦς*; E. Unio violata. Ergo Jesus solutus.
contr. Ari. Alia lubens prætereo!

Tom. 2. § 6. E Eutychniani & Schwenckfeldiani, qui duas quidem Naturas in
p. 244. Christo profitentur, eadem autem post perfectum Redemptionis opus in u-
Joh. 4. 2. 3 nam coaluisse nugantur. At facta est definiente Concilio Chalcedonense,
5. duarum in Christo naturarum unio *inconfuse & inconvertibiliter*, & filius
Eutychnianorum & Dei. Quod enim semel assumpsit, nunquam deposuit. Factus est
Schwenckfeldianorum Homo, ait Augustinus, qui fecit Hominem, assumendo quod non erat,
non perdendo quod erat.

Aug. serm. 119. de Tēp. I. 10. Col. 856. C. 6; Sociniani. Persona & *ἕως* terminare potest Humanitatem.

§ 7. Deniq; Sociniani, annumerandi veniunt *Perversitatis faciū*,
quod *in*scientur fieri non posse, ut Persona *ἕως* terminet humanitatem;
Nec hoc, ut humana Natura terminetur a *ἕως*, quod ipsa persanetur. At
verò, qui prius fieri non posset? Annon Persona & *ἕως* infinita est Per-
fectionū, adeoq; infinito modo prestare potest, quicquid requiritur Perfe-
ctionū in officio Personalitatis humanæ? omnino ita! Tum &, non est,
quod dicatur, id esse *contra* rationem Persona, terminare aliam Naturam;
Non est! Nam Persona Formalitas in hoc consistit, ut sit incommunicabilis,
non ad Naturam sed ad Personam. Hypostasin communicari, ut ulterius ipsa
communicetur absolutè est impossibile: Communicari verò Hypostasin, ut
natura cui communicatur, terminet existentiam, nequaquam est *contra*
rationem Persona. Posterius quod concernit, nec illud usq; adeò difficil-

Humanit. potest terminari a *ἕως*.
Ebr. 2. 14. Job. 1. 14. Personalitas
Quid.

le est, ut venditatur. Verbo: De *sede* id certum, & ex scriptura luculen-
tissime perspicuum; demonstravimus istud in præcedaneis, è quibus, si
lubido, repeti possunt, loca duo insigniora, ex Epistola ad Ebraeos & Ev-
angelio Joanni, reliquis non exclusis. Insuper Rationi non *adversum*;
quæ, si sana est, lubens admittit; Humanam Naturam *sati* perfectam, es-
senti, destituatur propria personalitate; Quippe quod *hec* non nisi Modus
sit Humana natura, & realiter ab ipsa distinguatur. Ergo sive ad sit non
facit, ut Homo sit Homo; sive desit, non facit, ut Homo non sit homo.
Accedit, quod Personalitas, neq; Forma est hominis, neq; materia ejus-
dem, nec præstat, ut Homo sit animal, nec ut rationalis sit, Hinc conse-
quens certum, nullatenus vel *constituere*, vel *destruere* hominem ipsam

per se

personalitatem. Ut silentio prætervelem, etiam in naturalibus dari
posse individuum substantiam, quæ destituta sit propria suppositivitate.
Quidni ergò humana natura possit sustentari supernaturaliter, tamen
propria destituatur personalitate? Suppositi enim & Persona hæcenus
ferè eadem est ratio, quàm utriusq; formale sit subsistendi incommunicabi-
litas. Non hæc, nec plura alia vel nervosius discutere, vel prolixius
explicare integrum nobis est. Præcipitatur ad Formam Nativitatis
Christi, & Finem, quæ Duo adhuc, ex Causis ejusdem residua nobis esse
videntur, expedienda Lineolis contradioribus.

THEOREMA

⁴
*Forma, sive Modus Nativitatis Christi est,
quod ex clauso Mariae Virginis utero hanc in lucem
Deus Homo progressus fuerit.*

Forma Na-
tivitytis
Jesu Chri-
sti.

EXEGEMA.

§ 1. Analogicum hic instituumus processum & proportionatum, ut sic
loqui liceat, non univocum, aut verè proprium; Adeoq; Formam æquè
ac Materiam propriè sic dictam investigare, non est quod laboremus.
Accidentia ipsa sibi sunt Formæ, & subjectum eorum vice Materie est.

Ratio Pro-
cessus.

§ 2. Intelligimus tamen impræsentiarum per Formans: Rationem
& Modum agendi, juxta quem Res, & ipsa Nativitas Salvatoris effecta fuit;
Qui quidem planè singularis audit hac in re, planè supernaturalis. Con-
stat!

è Ignor-
Termini
Formæ.

§ 3. Naturalis Genitura Modus hic est, quando factus in utero mater-
no perfectus, ordinario, & constituto tempore ex eodem rupto clausulo pro-
greditur, & in terrarum hunc orbem devolvitur.

Modus Ge-
nitura Na-
turalis.

§ 4. Supernaturalis, juxta quem infans perfectus, & omnibus nume-
ri absolutus ex inviolato clausuloq; generitrici sua utero prodit, & in hanc
lucem emittitur.

Superna-
turalis.

§ 5. Illa virginitas labefactatur; Hæc servatur. Illa communis est,
& concipientium secundum naturam; Hæc agentium supra Naturam,
& per peculiarem omnipotentis Spiritus efficaciam. Illa omnibus
competit Terræ Matribus, & hominum genitricibus; Hæc soli Mariæ,
Matri gratiosæ, & Theantropuparæ. Illa ordinaria est, & universalis;
Hæc extraordinaria & singularis.

Differen-
tia utri-
usq;.

4.
Am d. 216
Adserti
Ratio
1.

Luc. 1. 34.
35.

§ 6. In Super-Asserti nosse probationem si quis experiscat imbibere, hanc damus: Quod Nativitas ipsi conceptioni sit & esse debeat proportionata; quia unus idemq; est generalis Actus sacri spiritus; Una eademq; ejusdem operatio; una eademq; finis intentio. Jam igitur cum constet, conceptionem non nisi divinam fuisse, & mirabili prorsus ac supernaturali modo evenisse: *ὅτι ὅδ' ἀνδρα ἔγνω Μαριάμ, ἀλλὰ πνεύμα ἅγιον ἦκεν ἐν αὐτῇ, καὶ διώματις ὑψίστης Πνεύματος ἁγίου αὐτῇ.* Ut patet ex Lucâ. Hinc per se manifestum, qualis esse etiam debuerit ipsa Nativitas.

2.

§ 7. Accedit huic, quod proprium sit virginis, habere claustra uteri interrupta, ac nullâ prorsus violatione temerata: Quod si igitur virginitatem Mariæ tueri quis velit, & eam non in dubium vocare, aut controversiam, utiq; largiri erit necesse, & amplecti datæ adsertionis veritatem.

3.

§ 8. Quin adducere etiam solent uberiores confirmationis ergo *illud Ezechielis: וַיִּשְׁעַר הַחַיִּים סָגוּר וְהָיָה לָהּ יַפֶּתֶחַ וְהָיָה לָהּ יַסְגָּר*: *וְהָיָה כִּי בֹרַח בֶּן דָּוִד יָשׁוּב מִבָּבֶל וְהָיָה בֶן דָּוִד סָגוּר*: ubi per *Portam clausam* præfiguratum volunt & intellectum Interpretes nihil aliud, quàm clausum Mariæ Virginis uterum, ex quò progressus sit in hanc lucem, sine læsione ejus ac violatione, ipsa lux mundi, & Redemptor generis humani.

4.

§ 9. Ut silentiò dimittam, quod dicitur apud Lucam: *ἔπαυσε (Μαριάμ) τὸ ὑπὲρ αὐτῆς τὸ πρῶτό πέν, καὶ ἐπαρράωνάσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλιεν αὐτὴν ἐν τῇ φάλγγι.* Ex quò probabiliter colligitur, Mariam, si apertò ventris uterò peperisset, & cum dolore, non ita recens natum infantulum potuisse vel manibus suis excipere, vel actus & officia invocationis fascium, ac translocationis in præsepe obire. Superfedeo pluribus.

AXIOMA

Nativitas Jesu Christi verè fuit miraculosa.

EXEGEMA.

Nativitas
Jesu Christi
fuit miraculosa.

§ 1. Firmant id omnia eam Constipantia, quorsum etiam oculos flectamus aut corporis nostri, aut animi. Nihil sanè offertur, præterquam insolitum, inopinatum, & à vulgatò communiq; nature ordine exemptum.

§ 2. Imprimis tamen miraculum sapit, & extraordinarium quiddam

piam ipse *Modus Nativitatis*, quod hic alius fuerit & diversus planè ab
usitatò & consuetò naturæ more, sicut id manifestum est, probatum-
que datum in *Theoremate*.

45

§ 3. Ratio autem, quam ob Salvator Mundi ita *singulari, mirandò* Rationes
profus & *novò* more nasci voluerit, hæc forsàn est 1. ut ita discrimen, Quare Sal-
esset inter *Nativitatem Dei-Hominis, & Hominum Dei* creaturarum, ipse vator nasci
etiam hoc nomine confortibus suis præferretur. 2. ut Ipse Christus voluerit
veluti dedicator novæ nativitatis, novam nobis nativitatem, regenera-
tionem ac renovationem Spiritus S. communicaret. Fluit ex his. I. 2.

PORISMA

Malè statuunt adseverantes, Christum modò natu-
rali & usitatò è Maria prognatum.

§. Uidelicet *Calviniani* cum suis *Assectis*, falsum proclamantes, *Ma-*
riam peperisse uterò clausò; imò *impossibile hoc esse ob penetrationem di-*
mensionum. Sed demonstrent *falsitatem!* *Impossibilitas* certè *frustrà*
fungitur, quippè quod hîc *nulla adsit intrinseca repugnãtia ad esse*. Non
statim, quod *impossibile* videtur *Natura*, id reverà, impossibile est *Dei*
Omnipotentia! *Virtua infinita facere potest ea, qua sunt supra Naturam*,
quæq; hominis *Ratio* nequit comprehendere. Ideoq; cavendum se-
dulò, *ne judicetur statim impossibile, quod noster intellectus apprehendere*
nequit, qui planè est: improporcionatus ad infinitam omnipotentiam ada-
quatè cognoscendam. Et intellectus noster non est mensura mensu-
rans impossibile, sed potius mensuratur ab illo. Hinc ergò, qui facere
potuit, ut *Virgo*, quæ non cognovit virum, *conceperit*, quomodo non,
ut è *clausa* ejus *alvò conceptus infans prodiret, efficere idem posset?* Restat
breviser enodandus *Finis*.

Corrigun-
tur Calv.
Adstruen-
tes Nativ.
Christi fu-
isse Natu-
ralem,
Impossibil.
Indoles.
Intell. hu-
man, non
est mensu-
ra Impossi-
bilis.
Finis Nat.
Christi.

THEOREMA

Finis Nativitatis Christi est, ut nos in Filios
readoptati aeterna Lucis ac Gloria hæredes consti-
tueremur.

§ 1. Dispalescit: *Quia dñy & hujus gratia unice & solitarie huma-* Probatur
nam carnem assumpsit, & in hanc lucem prodiit. Theore.

§ 2. Nimirum, erant ante *Protoplasti* nostri *Filii Dei* per *Creatio-* Luc. 3, 38.

E 2

1201

26 nem; sed facti, et sic, sunt Filii ira per pravaricationem, & tales eum ad
 Job. 2, 2. omnibus possenti. Hinc igitur ad hoc Filius Dei factus est hominū filius, ut
 Job. 11, 12. Homo vicissim fieret Dei Filius. Hoc est, quod adserit Spiritus Sanctus
 per Evangelistam his verbis: εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν (ὁ ἄγγελος ἢ λόγος) καὶ
 οἱ ἴδιοι αὐτῶν ἐπ' αὐτὸν ἐλάβον αὐτὸν ἕδωκαν αὐτοῖς
 ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ:

A X I O M A

I.

Christus natus est Peccatoribus.

EXEGEMA.

Fini Na-
 tivitatis
 Christi
 ω

Natus est
 Christus
 Peccatori-
 bus.

Probatur
 Luc. 19, 10.
 1 Tim. 1, 15.

§ 1. Finem ἔχοντα hactenus in Theoremate; Finem ω in presenti deter-
 minamus Axiomate. Hic est Homo peccator: Quia ejus commodi ac-
 quisitio Finis ἔχοντα infert.

§ 2. Ita nos docet tūm Christum ipse apud Lucam: ἦλθεν ὁ υἱὸς
 τοῦ ἀνθρώπου (ἡγεῖται καὶ ζωσά τὸ δόστωλως, Tūm Apostolus in Epi-
 stolā Prior. ad Timoth. Πιστεῖς ὁ λόγος (inquiens) καὶ πάσης δόστω-
 λως ἄξιος: ὅτι Χριστὸς ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸ ἰσομεν ἀμαρτωλῶν
 ζωσά.

2.

Natus est Christus omnibus.

EXEGEMA.

Fini Ge-
 neralitas.
 Natus est
 omnibus.

Robur A-
 xiomatis
 Luc.

§ 1. Hoc ipso Axiomate explicatur Fini determinati Qualitas &
 Conditio, nempe Generalitas ejus seu Universalitas, quā extenditur ad
 omnes omnino homines in peccatis conceptos & natos.

§ 2. Confirmatur autem adserio Angeli: Ἰδὲ ὁ ἀγγελὸς λέγει μοι ἰ-
 μὴν χαρὰν μεγάλην, ἥ τις ἐσται παντὶ τῷ λαῷ: Ecce evangelizo vobis
 gaudiū magnum, quod erit omni populo. Vel juxta paraphrasin Syriacam
 נְחַמְנוּ כָּל הָעָם כְּעֵת הַנְּחִימָה quod erit universo Mundo; A quā non dis-
 cordat Arabica: * هذا يكون لجميع الشعب Hinc ita colligo:

Quibus Deum beneficia nati Christi offert, i. s. etiam Christus natus erit. Ab-
 sit enim, ut DEO tribuamus hanc simulationem, quod per verbum in-
 credulis beneficia Christi offerat, quos absolutō tamen decretō ab iis-
 dem exclusit. Atqui Deus per Angelum suum gaudia ac beneficia nata-
 litia Jesu Christi, toti populo offert; Ergo & toti populo natus & datus
 erit. Hinc

PORI.

Frustrà sunt, argutantes Christum, etiam si homo in peccata non fuisset prolapsus, nihil secius nasciturum.

EXEGEMA.

§ 1. Quales Scholastici Doctores, Alexander Hallensis, Albertus Magnus, Scotus, Catharinus, Rupertus, & Osiandristæ, audaculè docentes incarnandum fuisse *λόγος*, si vel maxime homo in primogeniâ integritate persistisset.

Perstringuntur Scholastici cum Gregalibus

§ 2. Sed convincuntur vel unico illò: Omnia quæ sunt & agunt propter finem sunt & agunt. Necnon: Cessante fine cessat ipsa ratio. Jam verò quis finis adventus Christi in carnem? Quis Finis Nativitatis? Homini peccatoris restitutio! Ubi verò peccator, si homo non lapsus fuisset? Quid restitutione opus, nulla si transgressio præcessisset, nulla violatio Legum, nullus exitii timor; Liquet ergò, si homo non lapsus fuisset, nec necessarium fuisse Christum aliquem; Ergò nec Christi alicujus Nativitatem, adeoque meritò frustrà esse omnes contrarium arguentes.

§ 3. Quod obvertunt vulgò ex locò quodam Proverbiorum, in quò sapientia ordinata dicitur à Deo, antequam ille quidquam faceret, hoc est, decrevisse Deum velle se mittere filium, antequam de ullâ re condendâ ullâ animum ejus subjerit cogitatio, ac eapropter filium humanam naturam assumpturum fuisse, si vel maxime homo non peccasset; Id, inquam, parùm derogat vel nihil adprobata sententiæ. Enimverò agitur ibi non de Christi incarnatione, aut nativitate, vel ordinatione temporali, quod universa monstrat textus *οὐκ ἐπειτα*; sed de aternâ *λόγος* existentia cum Patre & Spiritu Sanctò, quæ ibi adseritur & stabilitur apertissimè, firmissimè.

Solutio objectionis petita ex Prov. 8, 22

§ 4. Reliqua quæ proferunt ex Scripturâ vel Naturâ petita fundamenta, non sunt tanti roboris, ut stare possint contra insultus veritatis, & sustinere impetum melioris sententiæ, ideòq; etiam nos iidem demoliendis non prolixè operam impendemus.

Deflectunt à viâ veri, Christum non omnibus, sed quibusdam duntaxat natum adseverantes,

Refelluntur

Noa

48
Assecta
Calyimi.

§ 1. Non toti sed alicui populo, soli scilicet *Electū*, non etiam *Reprobū*. Ita Collocutores Mompelgardenses ajunt: *Intolerabili nobis vos vestravisa est, Christum esse natum atq; etiam mortuum pro damnatū.* Ita Beza; Ita omnes ejus Assecta!

§ 2. Verūm hæc & similes voces Nobis merito videntur non intolerabiles solum, sed & detestabiles. Quæ namq; temeritas est vel huic, vel illi, vel isti, vel multū de populo denegare, quod Angelus toti Populo, universo Mundo, & sic omnibus ac singulū denunciat? Quanta in Jesum nostrum recens natum impietas est, Nativitatis ejus merita amplissima, Toti Orbi destinata, ad Paucos admodum, electos scilicet solos absolute & precise restringere, maximam verò orbis multitudinem ab iisdem absolute & precise excludere? Inde quale gaudium erit *πῶν τι τῶ*

λαῶ! אָנוֹן לְכֹהֵן עַל־מֵת? Annon paratus potius aditus ad tristitiam, luctum, desperationem ipsam erit pleriq; Populo? Absit hoc Evangelium natalitium! Absit! Non enim est latum Evangelium Angelicum, sed horrendum tentamentum Sathanicum. Angelus annunciat Evangelium suum Toti populo; Sathanas non toti populo, sed aliquibus saltē e populo. Angelus annunciat Evangelium suum Toti populo, ne timeat, nedum desperet, sed ob gaudium illud magnum lateatur & exultet. Sathanas, non ut lateatur & exultet, sed ut timeat, contristetur ac desperet. Apage sis, hujusmodi perverfitates! Apage!

Expediti
causis Na-
tū. Pro-
gressus sit
ad Circum-
stantias.

§ 3. Ita expeditæ sunt hæc, & planæ jam *Causa* Definitionis nostræ! Restant expediendæ *Circumstantia*, naturam ejus & indolem non minus egregie declarantes. Harum igitur Considerationem imposterum ut aggrediamur e re forsan erit, & operæ precid, sed paucis! Primò autem sese offert *circumstantia* Temporū, juxta quam determinandum nobis venit; *Quando, & quò potissimum seculo, lustro, Anno, Mense, die, Christus Lux Mundi & Sol Justitia super nostrum hunc horizontem mundanum oriendū sese penetravit.* Thema esto!

THEOREMA

6.

Christus natus est tempore Imperatoris Augusti, in diebus Regis Herodis, & Cyrenid Præfectū existente in Syria.

Circum-
stantia
Temporū.

diva

§ 1. *Mira sententiarum divortia* heic advertere nobis datur circa *Temporū* inquisitionem, usq; adeo, ut etiam difficulter admodum certi quidpiam & indubii determinare integrum sit, præsertim in specialioribus nonnullis, ad quæ progrediuntur, *momentū & Articulū*.

Sententiarum varietas.

§ 2. Sed & neq; hæc ita *summè necessaria esse scitu arbitramur*, cum non faciat maximè istiusmodi *inquisitio ad salutis acquisitionem*. Modò quis certus sit fide, *Christum verè natum esse, & salvatorem datum, qui suâ Nativitate se tanquam degenerem filium regenerârit, & ex filio iræ filium gratia fecerit*. jam quid multùm sollicitabitur? Quidve operosè scrutabitur aut rimabitur: Quò id *Annò, quò Mense, quò die* factum sit, & *evenerit*.

Quid heic scitu necessarium, quid minus?

§ 3. Interim tamen & nihilò hoc fecius, quia etiam Spiritus sanctus in aliquibus nostræ curiositati voluit subvenire, & hîc explere desiderium hominum *Articulos temporum* scrutantium, nec planè *supervacaneum* erit, Informatori huic in istiusmodi attendere, si non ad *fidei propria confirmationem, ad Aliorum saltè àtentionis refutationem*.

Natum est

§ 4. Diximus in *Theoremate* natum esse Christum *i. Tempore Augusti* secundi scilicet Roman: Induperatoris, & *Julii Casari* à militibus in curiâ Romanensium viginti tribus vulneribus extincti, in imperiò successoris. Qui quidem *Augustus* ab *augendo* nomen habens, *Octavianus* propriò nomine dictus fuit. Quando verò *Annò Imperii sui*, juxta *Dionem*, decimò sextò, fines Imperii Romani *Asiâ, Indiâ, Macedoniâ, Græciâ, Judæâ*, subactis ac sibi subjectis, multùm amplificavit, *Augusti cognomen* indeptus fuit, tantæ *felicitati Imperator*, ut ab oriente, unò eodemq; die 8. scilicet *Id. Januar.* tres, *Orosiò* teste, triumphos publicos egerit.

Christus

Tempore

i.

Augusti

alias

Octavianus.

§ 5. Addere heic placet, eò *temporis Articulò*, quò exiit ab ipso decreto *Προχάφειος νόμος τῶν ἐπιβασιλέων* describi omnem habitataam hoc est, de censendò universò terrarum orbe. Imperio Romano tum temporis subiecto per *synecdoch.* Generà. Quæ descriptio *Prima* dicitur ratione alterius *cujusdam*, evoluto tredecim Annorum spaciò, subsecuta, & à *Josepho* recensita; Partim intutu *universalitatu*, eò quod omnes habitatus huic præmissæ fuerint *Particulares*. Patent hæc singula ex *Lucâ*, ejusdemq; recensione *eydentissimè*; Et hoc *primum!*

Tum quando promulgavit decretum de censendo orbe.

Luc. 2. 10

& seqq.

2.

§ 6. 2. Dicimus natum Jesum in *diebus Herodis Regis*,

Augustus summo

Herodis

summus erat & universalis Induperator, omnium sibi subiectorū Populorum. Cū verò tantæ multitudini per tot terras in longum, latumq; distractæ solus non sufficeret dirigendæ, suos habebat Sub-Reges & Administratores. Quos inter hic Herodes fuit Rex Judæorum confitutus, qui eodem hoc nati Salvatoris tempore sceptrum imperii tenuit, id quod per Matthæum nobis significatum dedit Spiritus sanctus capite Primò.

Cyrénij.

§ 7. Subnectimus 3. *Cyrénij Prefectò* existente in Syria. Hic Cyrenius aliàs *Publius Sulpitius Quirinus* dicitur *Nicephero & Josepho* testibus, & estis, quem *Prefectum* voluit seu *Gubernatorem & Proconsulem Augustus Syria Regionis, complectentis Galileam & Judæam.* Lique hoc ex *Lucà* capite secundo.

§ 8. Atq; hæc hætenus generalia sunt, tempus Nativitatù Christi nobis determinantia, nitunturq; autoritate Scriptura, ex quâ *ἡ ἀρχὴ* deprompta; Et hù defendendū omninò nos sistimus & presentamus.

De specialioribus
quid censendum.

§ 9. Ad specialiora quod attinet, non sum nescius quidem, à nonnullis etiam tentari hæc quidpiam circa specificationē Anni Mundi, Anni Temporij, Anni diei, Anni Imperij Augusti, Herodij, & id genus aliis. Verū enim verò, cū hæc tot inveniam iudicia, quorū autorum capitula, & circa Annum Mundi aliter sentientem *Josephum*; Aliter *Eusebium Isidorum, Nicephorum, Epiphanium, Romanum martyrologium*; Aliter *Hieronimum, Baronium, Pererium*; Aliter *Calvisium*; Aliter *Cluverum*; Aliter *Crenzemium, Bucholzerum*; Aliter *Mirandulanum*; Aliter *Funcium*; Aliter *Carionem, Magistrum Sententiarum*; Aliter *Galatinum, Batingum*; Aliter *Usspergensem, Lutherum, Philippum, Chemnitium.* Ulteriùs, circa Anni Tempus communem sententiam arbitrantem Dominum *Hymali solstitiò* vel propè illud natum; Quosdam verò Modernorum in Autumno statuentium. Porro, circa Annum Imperij Augusti secus existimantes *Epiphanium, Orosum, Eusebium*; secus *Tertullianum, Hieronymum, Irenæum*; secus *Montacutium.* Deniq; circa Annum Imperij Herodij diversum tuentes *Severum Sulpitium & Epiphanium*; diversum *Eusebium* in Chronico; Diversum *Josephum & Toriellum*; Diversum *Bedam*; Diversum *Abulensem*; Diversum *Scaligerum*; Diversum *Baronium.* Cum, inquam, inveniam ita invicem discordantes variorum Authorum sententias, & meam subjungere *Prætervehere* non hîc locorum mediter, satius arbitror silentio ista prætervehere, quàm certi nihil, & dubia mera & con-

& controversa determinare. Abrumpam potius Thesin hanc & con-
cludam tali Epiphonemate: *Satis est nobis & sufficit cognovisse. quod ex-
trema Monarchia tempore sub Augusto Christus salvator mundi natus sit!*

A X I O M A

Christus Jesus & ab æterno genitus, & in tempore
natus rectè dicitur.

EXEGEMA.

§. Scilicet ratione duplicis in eò *Natura*, quæ duplicem arguit *Nativi-
tatem*; *Æternam* unam: *Temporariam* alteram; *Æternam* ratione *divi-
na*; *Temporariam* ratione *humana nature*. Illa interminabilis & in-
defectibilis simpliciter, nullum neq; initium, neq; finem agnoscit; per-
manens & perennans. *Hæc* aliquando cœpit, & initium habuit finemq;
suum certâ duratione limitatum, & ita determinabilis est ac circum-
scribi optimâ ratione potens. Huc facit illud *Damasceni*: Confitemur
ipsum unum Filium Dei, etiam post humanitatis assumptionem,
& Filium hominis eundem unum Christum, unum Dominum. Uni-
genitum & verbum Dei, Jesum Christum, Deum nostrum, duas ejus
nativitates venerantes, unam ex patre ante secula super causam & ser-
monem, & tempus, & naturam, & Alteram in novissimis propter nos,
secundum nos, & super nos. Propter nos, quia propter nostram salu-
tem; Secundum nos, quia factus est homo ex muliere & tempore par-
tus: super nos, quia non ex semine, sed ex Spiritu sancto; & ex sancta
virgine super partus legem! *Hæc ille.*

51
Christus
bñ genitus

Ratione
dualitatis
Natura.

Damasc.
lib. 3. de
orthodox.
Fid. cap. 7.

Jesus Christus tempore Augusti natus certâ omni-
nò dispositione divinâ fuit.

EXEGEMA.

§ 1. Non est, quod de eò quis ambigat, aut dubitet ullò modò.
Nihilominus interim variant *Autores* in explicandâ hac dispositione,
& varias ejus adferunt *Rationes*:

§ 2. *Nonnulli* putant, id idèò factum, ut se verum ac germanum Au-
gustum argueret. Nimirum, ut ante commemoratum, felicissimus Im-
perator Augustus fuit, qui virtute bellicâ plurimas subjugavit Urbes,
Regiones, Gentes, & ingentem orbis partem suæ dirioni adjecit, adeò

Quare
Christus
tempore
Augusti
natus.

1.

etiam, ut inde Titulum & cognomen *Augusti*, cum antea solò nomine *Octavianig* gauderet, indeptus & sortitus fuerit: Ita, ajunt, Christum, Salvatorem Mundi sceptrò virtutis suæ verbi puta, regnum suum spirituale, subactò ac subjectò sibi universò terrarum orbe, sic amplificasse, ut dominetur à mari ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis Terrarum, & in mediò inimicorum conterat caput super terras multas, idq; in seculum, cum regni ejus non sit futurus finis. Hinc ad eò per hoc, quod Dominator Dominus vocatur, *Augusti* ei nomen tribui adserunt: *Per hoc* verò, quod imperium & regnum in manu ejus dicitur, *Imperatoriam ei dignitatem adscribi*: *Per hoc* deniq; quod Reges eum adorare, & omnes gentes ei servitè dicuntur, *Monarchie apicem singularem*, nimirum super totum mundum principatum ejus esse, decerni.

2.

§ 3. *Alii* addunt Christum Augusti tempore natum, ut se verum Principem pacis esse monstraret. Scilicet, fuit *Augustus Imperator* verè *pacificus*, qui pacatis in Imperiò Romanò rebus omnibus, publicà item per universum Imperium pace sancità ac stabilità nò nisi in flore rexit omnia; unde ad eò factum, ut Romam ob pacem ac tranquillitatem, duodecennalem, quàm tùm, *Eusebiò* referente, fruebantur, *Roma* templum *Jani*, quod belli tempore noctes atq; dies patere consueverat, per annos item sexcentos continuè jam apertum steterat, occluserint, & occlusum sic per Annos istos duodecim habuerint; Ita ut & forium postibus ærugo, occlusione istà superinducta fuerit; Sic perhibent Christum verum illum Principem pacis esse, qui gentilium non solùm templa ac oracula occluserit ad unum omnia, ut quæ ipsò natò obmutuerint, defecerint, collapsa ac diruta fuerint, sed & nostra pax sit, reconciliàrit ac pacificàrit omnia, sive quæ in cælis, sive quæ in terris sunt. &c.

3.

§ 4. *Alii alias* congerunt *Rationes*, de quibus consuli possunt. Potior forsan & *pragantior* hæc subfuit, ut constaret ipsum *promissum illum venturum Silob, sive Messiam* esse, qui sceptrò de Judà jam ablatò, soliò Davidicò regio collapsò, septuaginta Hebdomadibus determinatis, sub initium dierum *Monarchie ultima* venire debebat, & regnum in æternum duraturum inchoaturus erat, ex *Daniel. cap. 9.* Postquam enim venit plenitudo temporis à Deo præfiniti misit Deus filium suum, natum ex muliere, ut loquitur Spiritus Sanctus, in *Epistolâ ad Galatas*;

Quæ

Ps. 72, 8.

Ps. 110, 2. 6.

Dan. 2, 44.

Luc. 1, 33.

Esa. 9, 6.

Eph. 2, 14.

Col. 1, 20.

Gen. 49, 10.

2 Sam. 7, 10.

2 Reg. 8, 19.

Dan. 9, 24.

Gal. 4, 4.

Quæ temporis plenitudo sub *Augusto* venit. Tùm enim *Sceptrum politicum à Judæa ablatum, ad Augustum Imperatorem translatum, ab eò in Herodem Regem Judæorum, Imperii Romani Vasallum derivatum, sedentibus duntaxat ad pedes Judæ, Scribis & Senatoribus regni, quibus ipsis tamen & omnis αὐτοκρατία in Politicis ita præcisa ac adempta erat, ut ne interficere illis quemquam liceret, juxta propriam confessionem Joh. 18. Cujus Subjectionis Argumentum evidens census erat, quem universa Judæa pendebat, de quò Lucas cap. 2. Colligimus Porismata.*

55

Joh. 18. 31

Luc. 2. 1. 23

P O R I S M A

I.

Absurdi sunt duplicem in Christo Nativitatem inficiantes,

EXEGEMA.

§ 1. Sunt, qui negant Christum hunc genitum, aliis ut levioribus & minoris momenti sepositis, potissimum ex hoc fundamento: Quia inde duplex oritura foret in Christo Filiatio, & consequenter duplex Filius, quod Nestorianum sit, & absurdum.

Obstacula

Quare

Christus

non possit

dici hunc ge-

nitus

Responsio.

§ 2. Quibus verbò respondemus: Ipsos ita colligentes magis absurditatis reos esse, quod nulla ratio sequela sit aut illationis à positione dualitatis Nativitatis, ad positionem dualitatis Filiationis: Quia filiatio propriè loquendo est Persona, & non natura: Nativitas autem non solum est persona, sed etiam natura. Quæ autem tantum Personæ sunt, ea non multiplicantur, cum Persona non multiplicetur, sed sit una. Plura de his Alii!

2.

Occæcati sunt, & palpitant in tenebris errorum, quotquot Tempus Nativitatis Messias nondum advenisse adserunt.

§ 1. Quales Judæi, qui hodiènum contumaciter negant Messiam suum Majoribus olim & Patribus promissum advenisse, & natum esse, cum tamen illud certissimum sit ab his Argumentum:

Error Ju-

daorum

negantiæ

Messiam

advenisse:

quod

Contra eos

evincitur

Argumentum.

§ 2. 1. Quia Messias venire debuit cum tolleretur sceptrum à Judæa ex Genes. 49. At Sublatum illud jam pridem fuit, puta per Augustum, & Legislatores à pedibus ejus per Herodem. Ipsi etiam Judæi ante sexcentos ferè annos, & quod excurrit, non solum Regem alium præter Cæsarem

G 3

sarem

- 54** **1.** **Gen. 49, 10.** **Joh. 19, 15.** **2.** **2Sam. 7, 16.** **2Reg. 8, 19.** **Pf. 89, 30.** **37.** **Esa. 9, 7.** **Jer. 33, 15.** **17, 21.** **3.** **Ag. 2, 8, 10.** **Mal. 3, 1.** **4.** **Mich. 5, 2.** **5.** **Dan. 9, 24.** **6.** **Zach. 13, 2.** **4.** **Dan. 9, 26.** **27.** **Matt. 24, 30.**
- farem non agnoverunt ex proprio testimonio Joh. 19. sed & ab eò tempore, tam censu, quam regno peregrino, Romano scilicet graviter pressi fuerunt.
- § 3. 2. Quia posteritas Davidis solum regnum obtinere debuit usq; ad Messiam, à quò stabiliretur in æternum ex Psalmis & Prophetis. Obtinuit! Stabilitum fuit!
- § 4. 3. Quia ante demolitionem templi secundi nasci & venire debuit, quò facit illud Mosis Haddarscham super Esai. Antequam natus esset, qui Israel redigeret in novissimam servitutem, natus est Redemptor.
- § 5. 4. Quia locu Nativitatu fuit electum & destinatum Bethlehenum; Illud autem jam ante Annos 1500 & amplius fuit eversum.
- § 6. 5. Quia venire debuit intra 70 Hebdomadas, id est, 490 annos ab egressu de restauratione politica Judaicæ. Quam dudum illæ jam effluerunt?
- § 7. 6. Quia circa adventum ejus, & Nativitatem deficere debuerunt oracula & idololatria ethnica. Defecerunt!
- § 8. 7. Cessare debuerunt Ceremonia Levitica & Sacrificia. Quis verò hæc non videt jam pridem expirasse?
- § 9. 8. Quia deniq; ipsi Judæi prisci, & Rabbiorum plurimi in conscientia sua convicti de adventu & nativitate Messie eum honorem diversis tribuerunt, qua res notior est, quàm ullâ ut indigeat demonstratione.
- § 10. Inferimus ergò & concludimus firmiter Tempus Messie Nativitatis & adventui destinatum verissimè advenisse, nec ullum præter hoc aliud in subsequendo expectandum esse, nisi illud quò rediturus est.
- ὡς ὅς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου Ἰησοῦς ἔρχεται ἐν νεφέλῳ τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς ὥστε ἅπασαν τὴν γῆν καταβῆναι ἐν νεφέλῳ τοῦ οὐρανοῦ ὡς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται ἐν νεφέλῳ τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς ὥστε ἅπασαν τὴν γῆν καταβῆναι ἐν νεφέλῳ τοῦ οὐρανοῦ
- ut merito cæci proclamandi & ad æternas tenebras damnati, quotquot hæc non vident aut videre vel credere nolunt!

THEOREMA

Circumstantia Locici.

Christus natus est in stabulo Bethlehem Judææ, civitatis David.

EXEGEMA.

Ubi natus Christus. § 1. **Quæstio in hac Circumstantia vertitur: Ubi natus sit, & in hunc Mundum progressus Mundi Salvator? Ad quam Quæstionem accu-**

accuratè decidendam *Distinctione* opus est inter locum *Communem* & *Proprium*.

§ 2. *Communissimus* Nativitatis Christi locus fuit Asiae Majoris Minoris vicinior pars Syria; *Communior* Palaestina; *Communis* Judaea.

§ 3. *Proprius* locus fuit *Bethlehem* Judaeae Micropolis & vicus teste Scripturâ; celebris tamen Nativitate Davidis Regis, & celebratissima jam omnium ortu βασιλέως βασιλεύωντων καὶ κυρίου κυριεύωντων,

Jesu Salvatoris. Longitudinem habet 65. 45. Latit. verò 31. 50. ut distet hinc Rostochiò versus Orientem & Meridiem ratione motus caeli ad horam integram cum 57 scrupulis primis. Graecè dicitur Βηθλεέμ, Ebrais בֵּית לֶחֶם à בית & לחם quod est, *Panis*, seu rectius & formalitè omnium generis fulcimentum & sustentaculū corporis, à לחם Fulcivit, comedit, incidit dentibus &c. Hinc בֵּית לֶחֶם quasi Domus Panis, sive domus dives alimentorum Corporis dicta, accommodatissimâ certè ratione, nec sine mysteriò, quia futurum erat, ut ille per materiam carnis appareret, qui Electorum mentes internâ satietate reficeret. Et *Christus* est panis vita, ὁ ἀρτοποιὸς ζωῆς, ut seipsum appellat in Scripturâ. Dicitur & cum additamento Ephrata עִפְרַת quâ voce significatio inculcata roboratur, & singularis soli fertilitas maximè subinnuitur à עִפְרַת fructificavit, ut sit hoc locò Figura Rhetorum ἐν Ἀγῶνιστοῖς. Et hoc malim, quàm cum aliis statuere vertendum esse Bethlehem Ephrata, quasi ita dicta sit ab uxore Calebi, quæ tùm, quando jam Bethlehem hoc nomen obtinebat, nondum nata erat. Quod additur Judaea, eò ipsò differentia ejus ab aliò quodam Bethlehemò tribus Zabulon in Galileâ sitò. insinuat. Quod verò etiam: Civitatu David, ex Luca, id sit habitò respectu ad ejus nativitatē & ortum. David enim Rex, ut paulò ante memoravimus, in hoc oppidulò fuit natus & educatus, teste Scripturâ, adeoq; Bethlehem totius regiae ac Davidicæ stirpis feminarium fuit ac communis patria.

§ 4. Sed jam demonstrandum, & Christum hîc loci progressum in diis lucis auras, quod inclarescit ex manifestis Angeli, & Evangelistae verbis: ἐπέβη ὑμῶν Σωτήρ, ὁ ἐστὶν Χριστὸς κύριος ἐν πόλει Δαβὶδ. ubi Synecdochicè intelligi Bethlehem apud Eruditos in confessò est, nec à quopiam facillè impugnatur, quin si impugnaretur, ex subsequenti contextu ὀφθαλμοφανῶς evinci & stabiliri posset. *Constat* etiam illud ex

55
Locus Nativit: communissimus, Communior. Communio Proprius. Joh. 7. 42

Joh. 6. 51.

1. Chron. 2. 19. 50. 51.
Jof. 19. 15. conf.
Jud. 19. 1. 2.
1. Sam. 16. 2

17. cap. 12.
ἀπὸ δεξιῶν
Theorematῶν 1.
Luc. 2. 11.

Pasto-

86 *Pastorum* δοξαζόντων καὶ ἀνοήτων ἢ θεὸν Ἰπὶ πάντων, οἷς ἤκουσε καὶ
 ἔιδον, καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτοὺς ὁ ἄγγελος, Testimoniis, adeò, ut
 nisi quis planè ἄπιστος esse, & omnem Nov. Test. veritatem ἀποβόλως
 in dubium vocare velit, necesse habeat dato jam Theoremati nostro
 propensissimò assensu subscribere.

§ 5. Atq; hæc sunt potissima Nativitatis Christi *circumstantia*, qui-
 bus addi possent, & subnecti plures aliae. Verum cùm & illæ partim,
 tanti momenti non sint, quanti introductæ, partim etiam jam dùm ex-
 creverit ultra opinionem tractatio suscepta, hac vice in datis placidissi-
 mē acquiescemus, adjuncturi saltē unum aliquod Ἀξιωματικόν Ἄρθρον
 cum *Generali Porismate* itidē unò vel alterò.

Quare
 Christus
 Bethlehe-
 mi natus
 sit.

Rationes.

1.

A X I O M A.
 Christus Bethlehemi natus peculiari Dei dispositio-
 ne fuit.

EXEGEMA.

§ 1. Dispositio hæc respicit *Rationes*, quibus motus Deus Ter Ma-
 ximus hunc locum præ Aliis sanctum voluit, & consecratum Nativitati
 filij sui; quas quidem alii alias proferunt, & id factum colligunt N ad
 ostendendum a se nec regnum, nec sedem regiam, nec magnificenciam, aut
 splendorem ullum mundanum adsectari, sed spirituale, sed cœlestē & æter-
 num, cujus nullus sit futurus finis; Atq; adeò non Hierosolymam, non
 Babylonem, non Romam selegisse, sed Bethlehemum, vicum humilem,
 parvulum inter millia Judæ, ut ita fortia mundi confunderet, illustria-
 ejus rejiceret, magna & speciosa destrueret.

2.

§ 2. Ad demonstrandum, natum Jesum ex domo & familiâ Davi-
 dū esse juxta prophetias & prædictiones eidem huic aliquoties factas, &
 subinde repetitas. Conferri de his possunt Libri Samuelis, Psalmorū,
 Esaias, Jeremias, Acta Apostolorum, & Scripturæ loca Alia.

2 Sam. 7. 12

Psal. 132. 11

Esai. 11. 1.

Jer. 23. 5.

Act. 2. 30.

Act. 13. 23.

3.

Mich. 5. 2.

Matth. 2. 7

§ 3. Nos cum Nonnullū præcipuè id ita dispositū existimamus ad
 adimplendum vaticinium Michæ Prophetæ, nimirum, ut se ducem illum, &
 dominatorem Israelis comprobaret, qui in Bethlehem quidem in tempore
 nasci debebat, a diebus verò æternitatu egressum ab initio habiturus erat.
 Uti & ipsi Pharisei hunc Prophetæ locum de Messia patriâ interpretan-
 tur, &

eur, & ipsi Judæi universim suis doctoribus hac in sententiâ adstipulan-
tur, id quod patet ex Joh. 7. transmissis aliis.

37
Joh. 7. 42.

PROVERBIA GÉNÉRALE

I.

**Jesum Nazarenum ex Maria Virgine natum esse verum
& promissum mundo Messiam.**

Jesum Chri-
stum esse ve-
rum & pro-
missum mun-
do Messiam.

§ Id est, quod elicitur ex propositis hactenus & roboratis Theoro-
matibus, Axiomatibus optimâ collectione. Ut tamen ejus veritas magis
magisq; dispalescat, & splendorem à se diffundat ipsò etiam jubare me-
ridiano clariorem, ita placet quàm brevissimè procedere:

In quem omnia ac singula de verò ac genuinò promissò Mundi Mes-
sæ vaticinia prophetica, omnium calculò comprobata, verè ac genuinè ad-
amissimè usq; recidunt, ille etiam verus ac genuinus promissus Mundi Mesi-
as est.

Demon-
stratur
per 10. p. 10.

Atqui in Jesum Nazarenum ex Mariâ virgine natum omnia ac sin-
gula de verò ac genuinò promissò mundi Messia vaticinia prophetica omni-
um calculò comprobata verè ac genuinè ad amissimè usq; recidunt.

Probatum
Psal. 2. 7.
& 110. 1.

Ergò **Jesum Nazarenum ex Maria virgine natum verum ac genuinum
promissum mundi Messiam esse.**

Esa. 11. 1.
Jer. 23. 6.
Gen. 49. 10

Majus hujus ratiocinii à H. 675. 6. est, & ipsis etiam Adversariis
extra inficias. Minorem quod attinet, illam consolidat hoc fundamen-
tum. Verum Messias debuit esse verus Deus, & verus Homo; Nasci in hunc mundum
sceptro Judaorum inclinato, & jam jam auferendo; Solio Davidico terre-
no collapsò; Intra spaciùm 70. hebdomadum; Cessaturus jam jam & abro-
gandù Ceremoniù ac sacrificiù Leviticù; Templò secundò adhuc stante; & e
domo & familiâ Davidi ad paupertatem redactò; Et quidem ex virgine.
Subsumo: Atqui hæc omnia exactè quadrant in Jesum Nazarenum, ei-
demq; competunt propriissimè, ut constat ex universâ Dissertatione hacte-
nus institutâ. Ergò meritò concludimus, **Jesum Nazarenum fuisse &
esse verum Messiam, & promissum Mundi salvatorem.**

2 Sam. 7. 16
Dan. 9. 24.
Dan. 9. 26.
Hagg. 2. 8.
Mich. 5. 2.
Esa. 7. 14.
& 11. 1.
Jer. 23. 6.
& c.

Evincitur.

H

Certa

Fides Christianorum.

Certa est fides Christianorum, quâ credunt in Jesum Christum, Filium Patris unicum, natum ex Mariâ virgine, Dominum suum!

3.

Antiqua Judaeorum.

Detestanda incredulitas Judæorum & Gentilium; quâ renuunt credere, Jesum esse Filium Patris Dominum suum, eundemq; respuunt præ fractâ contumaciâ.

Epilogus.

§ Patet facîle res universa! Non possum de eâ prolixius nec curiosius quantoperâ etiam precium illud sit. Sufficiant hac vice *data, & deproperata!* Nunc abrumpo Dissertationis meæ filum, & votivè concludo: *Deus stabilizat credulos recte in suâ fide, & vel convertat, vel confundat incredulos in suâ incredulitate!*

Jesu, Tibi sit Gloria! In seculorum secula!

הללויהוה: הללויהוה



